Mediolani, Malatesta, 1621)

SANCTISSIMO D. N. P. O. M. VRBANO VIII.

Pro

VALLISTELLINÆ RELIGIONE, ET LIBERTATÆ.

Authore IurisConsulto Io. Franciſco Schenardo, e Oppido Sondrij, Metropoli eiuſdem Vallis,

Deo, Patriæ, & proximo quisq; natus.



Mediolani, ex Typographia Palatina, apud Io. Baptiſtam Malateſtam Reg. ac Duc. Typographum. 1624

Die prima Aprilis 1624.

Imprimatur.

Fr. Hyacinthus Vicecomes Vicarius S. Offitij Mediolani.

Fr. Al. Bariola Auguſtinianus, Conſultor S. Offitij pro Illuſtriſſimó Domino Cardinali Archiepiſcopo.

Vidit Saccus, pro Excellentiſs. Senatu.



Illustrisimo, & Reuerendisimo S. R. E. CARDINALI BARBERINO

Domino meo Collendissimo.

IVdicum, Regum, & Macabeorum libris, imò Catholicæ Romanæ Ecclesiæ officijs, eorum memoria celebratur, qui pro Deo, pro fide, & pro salute, in bello fuerunt, quiq; suo vitæ discrimine sustinuerunt publicum, vel singulare certamen, Quibus in fœderis signum, auxilijs, & miraculis, astitit ipse Deus, sicut & nobis, qui pro Deo, pro vobis, pro Apostolica Sede, & Ecclesia, ac nostra salute pugnauimus, & communes propulimus hostes; Hæc si facta nostra meruerunt, nos ipsis ad finalem interitum iterum iniquè restitui, honor & conscientia loquatur, æternumq; quod malum restitutio parat, Petri aliquis, si poterit, reparet Successor; Nimis

mis exultarent Catholicæ Sedis, & Religionis hostes nostri de manu pastoris reportasse triunphum, Faxitq; Deus ne quandoq; lugeat, qui ridere potest; Hoc vobis Illustrissimo direxi allegationis exemplum, ad vestrum religionis, iustitiæ, & salutis implorandum vniuersale patrocinium, quo tales sibi non vendicent, quod Sedis gloriosè quæsiuit, quodq; semper malè, & nunquam iure possederunt.

Amplitudinis Vestræ

Addictissimus Seruus

Io. Franciscus Schenardus.

BEATISSIME PATER.



I, vt Cęlum, & Terra testatur, vestrum est, Principes, Populos, & Gentes in vias Domini dirigere, & ut Pastor ab ouilli propellere lupos, ne, vt vaticinatur Ezechiel c. 34. in deuorationem fiat eorum, vestræ partis erit, & de quo agimus, veritas, & iudicium, arcibusq́;, quas tenetis, & montibus custodire sepem, quam, vt eos excludat, Deus incæpit, hocq́; diuinæ iustitiæ, splendore, & exemplo vestras præire oues, sicut populum Israel ignis columna præibat, præcipuè quia, quanta vos Deus dignitate sublimauit, tanta etiam vos dotauit plenitudine sapientiæ, vt eam nil iuris lateat, nil illa legis ignoret, & qui docet, & qui decipit facile distinguat; Docet, qui Ecclesiam accrescit, hæresim propulsat, legem restituit, fidem instaurat, populos vel piè regit, vel pijs consignat; Decipit, qui hæresim fouet, Ecclesiam minuit, spiritualibus temporalia præfert, quemq́; non leges, sed ligæ, non fides, sed fœdera, mouent, cęlestiaq́; suis vult rebus esse secunda, & vt sua commoda crescant, aliena iura perire; Hoc Vallis tellina figurat, quam aliqui habere, diuidere, polluere, ac feris vorari contendunt, & contendentes adiuuant, vt eorum priori integrata vnitate, totam Italicæ Religionis, & pacis securitatem suis pristinis viribus subijciant, Imperij auxilia sequestrent, Caluinistas restituant, & Tyrannidem renouent; Quæ mala hac insinuant spetie, atq́; velant insinuatione boni; Rhetos Vallem possedisse titulo, eam propterea, saltem Catholicis, debere restitui hæresi, bonisq́; legibus tyrannide excussa; Sed quemadmodum falsa est præteriti ratio, ita futuri

turi spes est inanis, quam prauitas Gentis, explusionis dolor, vulgi tumultus, rusticus furor, Hæreticorum societas, & religionum sacrilegum, & inæquale fœdus, penitus euacuat: Nobiscum amicitiam fœdere Catholici cæperunt (tunc enim nondum Caluini cæperat nomen) socios dicebant, libertatis fuit initium, iurauerunt fidem, paulatim prodiderunt omne conuentum, barbarè dominari cæperunt, agnouerunt hæresim, eoq; properabat scelus, vt citò Catholicæ Religionis, Ecclesiasticæ facultatis, & omnis salutaris fortunæ instaret interitus; Si eò Gens pura venit, quò veniet deterior præsens? Si tam parum durauit libera puræ promissio gentis, quantum istius coacta durabit, quam vindictæ sitis sic vrit, vt eam extinguere nullus sufficeret cruor, & in qua adeò iam hæresis serpit, vt ei fœderis vsu omnes parere cogantur? Sed ponamus pietatem incipere, & pacta seruari, dicat mihi qui restitutionē insinuat, eam quo iure postulet, nostrisq; iuribus auditis iudicet quicunq; legit.

Dicent qui Rhetorum partes tuentur Vallem eis Duces Mediolani dedisse, & Cæsarem confirmasse, quod ipsi fecerunt, meritò eos etiam vti posse sui iure datoris, *l. qui in ius de reg. iur. Menoch. cons. 2. num. 30.*

Ipsamq; Vallem Rhetorum agnouisse dominium, nedum capitulatione anni 1513., cuius hæc sunt verba capituli primi: Quòd homines Vallistellinæ, & Tilij teneantur, & debeant Reuerendissimo Episcopo Curiensi, & tribus lighis perpetuis temporibus in omnibus, & singulis licitis, & honestis parere, & obedire; Quæ verba subiectionem importare probat diuini verbi oraculum Deuter. *c. 17. & §. vnicus in auth. vt om. obed. Odd. cons. 23. num. 36.*

Sed etiam effectuali imperij, & iurisdictionis immemorabili centum, & plurium annorum possessione, & vsu, ac principatus administratione, quòd eis ad triplicem prodest effectū, Primus est, quòd indè manifestatur eò magis capitulationis sensus, & quid actum fuerit in ea, *l. sed Iulianus §. proinde ff. ad Maced.*

Maced. §. Pannonum instit. de rerum diuis. Natta cons. 192. nu. 4. & cons. 406. num. 7. Dec. cons. 283. num. 7. Bec. cons. 101. num. 49. Bald. cons. 145. lib. 3. Rom. cons. 271. num. 4. Menoch. cons. 75. num. 56. & cons. 122. num. 29. & cons. 156. num. 18. Neuiz. cons. 66. num. 22. Ceph. latè cons. 347. num. 32. & seqq.

Secũdus, quòd illa immemorabilis dominãdi possessio, vti priuilegij, & concessionis illatiua, facit præsumere talem legitimum eos habuisse titulum, etiam quod illum non ostendant, qualis fuit continuatio sequens, *c. super quibusdam §. præterea extra de verb. sign. l. 1. §. aquaductus. ff. de aqua quot. & esti. Franc. decis. 166. num. 1. Crau. de antiq. temp. p. 4 quæst. 12. Bero. cons. 84. num. 59. lib. 1. Balb. tract. præscr. par. 2. 3. prin. quæst. 6. nu. 17. Barb. cons. 35. num. 10. lib. 2. latè Mascard. de probat. concl. 1377. Menoch. de præsum. cap. 131. num. 38. & seqq.*

Tertius quod, præsuposito etiam tituli deffectu, ac carentia, tanti temporis possessione Vallis subiectionem præscripserunt *Rui. cons. 1. num. 4. lib. 4. Bald. cons. 135. lib. 5. & cons. 439. lib. 3. Paris. cons. 16. insi. lib. 4.*

Ea enim est vis immemorabilis præscriptionis, vt per eam etiam reseruata Principi, & quæ solo ipsius priuilegio conceduntur, perfectè quærantur, *Panciro. cons. 154. num. 8. Crau. de antiq. temp. sect. incipiente Absolutis different. quæst. 2. num. 9. Alex. cons. 124. super primo quæsito col.* 1 *&* 2. *vol.* 4. Qui in terminis nostris loquitur, & eum refert, & sequitur, *Balb. tract. præscr. par. 2. princ. quæst. 10. num. 6.* Quod etiam ad præiuditium Ecclesiæ Romanæ, & multò magis inferioris, etiam restitutione in integrum exclusa post centum annos, firmãt *Boer. decis. 39. col. 4. num. 6. Ias. cons. 209. col 3. post med. lib. 2. per l. fina. iuncta auth. quos actiones C. de Sacros. Eccles.*

Et cum tale ius sit vinuersitatis, & omnibus commune, non debent eo carere propter aliquorum Tyrannidem, hæresim, vel contrauentionem, innocentes, vel pupilli, quiq; culpa carent, *vt per Anchar. cons. 158. num. 8. circa med. Bar. in l. aut facta. §. nonnunquam. ff. de pænis. Iun. in c. dilectus col. 2. de Simo. &*

in

in c. grauem de sent. excom. Bru. cons. 28. num. 11. Osasc. decis. 90. num. 9. Carer. praxi crim. gl. circa quartum num. 35.

Iniquum enim, & iniustum est, quòd vnus debeat alterius iniquitatem portare l. sancimus C. de pœnis; & quod debeat pœnam pati, qui culpa caret, *l. cum homo. ff. de bo. damn. l. maximum. C. de lib. prater. Mago. dec. 138. Flor.*, Et idcirco illos particulares solos, per quos crimen patratum est, pœna sequitur *l. semper. §. in sepulcro. ff. quod vi, aut clam. Bar. in d. l. aut facta. §. fi. num. 9. Feli. & Dec. in c. cum omnes extra de constit. Ias. in. §. pœnales num. 16. Inst. de act. Crau. cons. 21. num.* 8. Et hinc est, quod ne innocentes feriat, non potest in Vniuersitatem, ferri excommunicatio, *c. Romana in fi. de sent. excom. Innoc. in d. c. grauem, & in c. vlt. num. vlt. ext. de procur. Gheil. lib. 2. de pace publica cap. 9. num. 17. & 18. Clarus quæst. 60. num. 30. Bal. in l. 9. §. animaduertendum num. 2. ff. quod me. cau.* Sic enim nec ex dolo Decurionum, in vniuersitate de dolo actio datur. *l. sed, ex dolo §. 1. & 2. ff. de dolo.*

Vt enim Vniuersitas deliquisse dicatur, & puniri possit, multa requiruntur, de quibus per *Curt. Iun. cons. 174. num. 33. & cons. vlt. in fi. Dec. cons. 221. num. 2. Soc. cons. 20. num. 20. lib. 1. Oldr. cons. 315. num. 3. Clar. quæst. 16. vers. vltimo quaero Mars. praxi. §. constante num. 47. & per Losc. tract. de iure vniu. par. 4. num. 18. post multos.* Aliud enim est vniuersitas, aliud singuli, *Cagn. in l. aliud §. 1. num. 13. de reg. iur. Carer. praxi crim. cap. 14. num. 4.* Meritò non debet singulorum pœna ad vniuersitatem extendi, quæ est corpus innoxium, *toto tit. C. de sedit. gl. in l. sicut. §. 1. ff. quod cuiusq. vniuer. & in d. l. aliud. §. refertur, & in l. sed ex dolo. §. 1. ff. de dolo Bartol. in d. l. aut facta. §. vlt. num. 9. Osasc. decis. 88. num. 3. Boer. tract. de sedit. num. 8. cap. vlt.* Diuersæ enim sunt personæ, singularium nempè est persona vera, Vniuersitatis autem est persona ficta, & repræsentata, quatenus est nomen iuris *d. c. Romana. §. in vniuersitate l. in tantum. §. Vniuersitatis ff. de rer. diu. l. sed si hoc. §. qui manu mittitur. ff. de in ius voc. Mysing. obser. cent. 4. cap. 78. num. 5.*

Quodq; ius vniuersitatis conseruatur in vno *l. sicut. §. fi. Quod cuicunq; im. Dec.conf.251.num.18.Bal.in l.non ambigitur vers.iuxtam. ff.de legi.*

Tanto magis cum nec sententia præcesserit, quæ saltem declaratoria requiritur, etiam in pœnis, quæ ipso iure inferũtur, & ipso facto. *Carer. tract. de hæresi gl. expeditum num. 21.* vbi de crimine heresis, *Latè Farin. quæst. 103. num. 17.* vbi de omni crimine, & in specie de subditis, quos opprimit Princeps, quod debeant iudicis officium implorare, scribit *Bal. in l. 1. in fi. C.comm. de manum, & in l.ex hoc in 2.q.ff.de iust. & iure Gul. de Cun. in repeti. cap. Raynutius num. 39. de testam. Bero. cons. 81. num. 35. lib. 1.*

Propterea ergo donec non sit declaratum debeant in possessione, tamquam rebellione spoliati, teste. *Bal.cons.439.col. 8. in princi. lib. 3.* Ante omnia restitui *c. reintegrandæ 3. qu æst. 1. l. cum te in fi. c. quod me cau. vbi Bar. & l. momentaneæ c. vn. vi. l. inuasor. C. eo: iuncta. l. si quis in tantam; Et vbiq; scriben; & in c. sæpè de rest. spol. & in l. rem, quæ nobis. ff. de acq. poss.* Et in specie subiectionis, quod actio detur Dominis rebellione spoliatis, qua in obedientiam populi reuocentur, consuluit. *Bal. cons. 96. lib. 3. & cons. 135. in fi. lib. 5. & cons. 439. lib. 3. Paris. cons. 10. in fi. lib. 4. facit idem Bal. in l. decernimus num. 8. C. de Sacr. Eccle.*

Et cum talis reintegratio sit Principum Simul tales & armasedare, debeat etiam, vti maius bonum, minori bono præferri *c. licet de regula. §. Sancimus in auth. de rest. & ea, quæ, Menoch. cons. 244. num. 35. & cons. 107. num. 74. cum allegatis per eum*, vel saltem malum de duobus eligendum, potius illud esse, *c. 2. & c. 2. distinc. 13.*

Quinimò omninò bonum, si vt se ad eam habilitent, Hæretici ad fidem conuertantur, sicq; socij hæretica contagione purgentur; Non nisi enim ad oues Christus venit, quæ periere domus Israel, & vt eas piscaretur, vel perditam quæreret, Petrum reliquit, quod eò maius de multis gaudium in

Cœlis erit, vbi de vna tantum reperta legitur esse magnum.

Quibus minimè obstantibus, veluti fallatijs, & illusionibus, quibus vti solent, qui Deum coram non habent, infrascriptis decisiuis rationibus, fundamentis, & responsionibus ad contraria, ostendimus, Vulturenæ Valli libertatem esse iustè, & rectè vindicatam, Rhetorumq; expulsionem, Catholicæ Religionis, Ecclesiasticæ prosperitatis, Italicæ pacis, Imperialisq; Maiestatis, esse firmamentum, Hæreticorum conuersionem, vel iugum, & illius metus excussionem, qui prius erat; Ipsorummetq; Rhetis Adhærentium æquam esse securitatem, vobis confisam omnium patri.

Primum ergo est libertatis fundamentum, quia tempore memoratæ capitulationis Vallistellini, quoad ipsos Rhetos, liberi erant, & quoad ipsos semper ante fuerunt, Quos inuitos, (si talis vera est alienatio, quam non vidimus) non potuerunt Rhetis dare Mediolani Duces, talemq; dationem solus potuit Vallis validare consensus. *Abb. & Bal. in cap. dilecti. de mai., & obed. idem Bal. in §. si quis. Qua temp. similes, in vsi feud., & in cap. in generali, si de feudo fuc. controuer. idem Abb. in cap. auditis col. 6. vers. in Secularibus extra de præscript. Crauet. consil. 54. nu. 3. Ruin. cons. 1. nu. 9. lib. 4. Guid. Pap. decis. 569. Menoch. consil. 31. Panctr. cons. 63. numer. 33.* Adeo, vt subditis inuitis Princeps alienans proprietate priuetur *Crauet. cons. 241. num. 9.*

Itaut quoad Rhetos rectè diceret Vallis, habere liberas ædes. *l. loci corpus. §. competit, si seru. ven.* Et quicquid ipsis dedit in ipsa prius fuisse, *cum Castrens. in consil. 84. colum. 1. versic. nam omnis lib. primo.*

Qualis ergo fuerit consensus, capitulationis scriptura ostēdit; qua Rheti Vulturenses confœderatos faciunt, Volunt quod tales permaneant, Ad eorum comitia eos in collegas assumunt, Trium ligharum hominibus æquant, Vt à Ducum Mediolani, & alibi vbicunq; taleis, & similibus liberi fiant, & tandem contractui, confœderationis nomen inscribunt, cuius

ius tenor hic sequitur viz.

☞ *Nos Oratores Reuerendissimi in Christo Patris, & DD. Pauli Episcopi Curiensis, & omnium trium Ligharum, in Terra Illantz congregati pro multorum negotiorum expeditione, cum tamen hominibus Vallistellinæ, & Communitatis Tilij promissum fuisse eis capitula, menti, rationiq; consona, erigere, pari ratione obseruanda duximus. Ideo cum ipsis hominibus de sub notatis capitulis confirmandis, & errigendis conclusum extitit infrascripta capitula hominibus Vallistellinæ, & Communitatis Tilij obseruanda, & attendenda, quorum capitulorum tenor est.*

Primo quod homines Vallistellinæ, & Communitatis Tilij velint, & debeant Reuerendissimo D. Episcopo Curiensi, & tribus Lighis perpetuis temporibus, in omnibus, & singulis, licitis, & honestis parere, & obedire.

Item Secundo, quod prælibati homines Vallistellinæ, & Communitatis Tilij sint, & esse debeant nostri videlicet Reuerendissimi Domini Epicopi Curiensis, et omnium trium Ligharum, chari, et fideles confæderati, & tales permanere, & pro tēpore, quo necesse fuerit ad dietas nostras vocari, in concilijs pariformiter nobiscum sedere, & consulere omne id, quod eis videbitur Communitatibus terris, & honori, & vtilitati esse, & quando sic ad dietas vocitantur, tunc debent de quolibet terciero, & Communitate Tilij vnum Consiliarium mittere.

Item Tertio, quod homines Vallistellinæ, & Communitatis Tilij gaudeant, & vtantur eorum priuilegijs, & antiquis consuetudinibus, si saltem fuerint dicto Iuramento laudabiles, & Deo consonæ.

Item quarto, quod præfatus Reuerendissimus D. Episcopus Curiensibus, & omnes Lighæ sint, & esse debeant dictis hominibus Vallistellinæ, & Communitatis Tilij adiutorio, & consilio erga Cæsaream Maestatem, & Ducatum Mediolani, aut alibi vbicunq; eguerint, quatenus liberi fieri valeant a taleis, & similibus, ut homines trium ligharum.

Item Quinto, q homines Vallistellinæ, & Communitatis Tilij, teneantur singulis annis dare, & soluere Reuerendissimo D. Episcopo Curiensi, & omnibus tribus lighis renenses mille in promptis denarijs persoluendis per quemlibet, seu quoslibet habentes bona in dicta Valle, ad

ratam bonorum suorum, exemptum, & non exemptum.

Quæ quidem capitula proillis, qui sunt inter Prælibatos Reuerendissimum Dominum Episcopum, & omnes tres Lighas ex vna parte, & præfatos homines Vallistellinæ, & Communitatis Tilij, ex altera attendenda & obseruanda, pro confœderatione sua, existimamus, & eadem affirmauimus, & corroborauimus, ac corroboramus de præsenti, rata volentes esse inter nos, & ipsos, in quorum fidem, & testimoniũ præsentes fieri iussimus, & sigillo nostro Lighæ Grisæ omni nostri nomine appressione communiri. Datum Illantij die decimatertia mensis Aprilis, Anno Domini 1513. Sigillat. &c.

Secundum ergo est principale fundamentum, quod confœderationis contractus sui proprietate, & natura, libertatem importat, iurisdictionem non tribuit, & subiectionem excludit. *Felin. in cap postulasti num. 10. de for. compet. Bartol. & Bal. in l. non dubito, per illum tex. ff. de capt. & post. limin. reuers. Alb. Brun. consil. 86. numer. 3. Natta cons. 301. num. 2. Menoch. consil. 31. numer. 29. Socinus Senior consil. 7. numer. 3. & consil. 74. numer. 7. lib. 1. Roman. consil. 417. lib. pri. in princip. Socin. Iunior consil. 102. num. 36. lib. 2. Decian. consil. 117. num. 5. lib. 23. Menoch. consil 31. numer. 29. Mago. decis. 60. Flor. numer. 10.* Etiam quod fœdus sit inæquale, quo vnus alteri aliquid in signum superioritatis præstet, vel soluat. *Felin. in dicto cap. postulasti numer. 10. & in dicto cap. dilecti versic & hinc, & versic. idem Bartol. Zabar. in clem. ne romani §. sanè de elect. Socin. in l. si ex toto numer. 9. de lega. primo Abb. in consil. 51. in princip. lib. 2. Paris consil. 16. num. 25 lib. 4. Corn. consil. 30. numer. 4 lib. primo, & consil. 187 numer. 11. lib. 4. Roland consil. pri. num. 46. lib. 2. Curt Iun. consil. 124. num. 1.* Etiam, quod Dominum, superiorem, vel Gubernatorem vnus alterum appellet, vel se regimini committat, *Felin. in dicto capit. dilecti vers. idem Bartol. Alba consil. 64 numer. 74. Castrens. consil. 313. lib. 1. Corneus dicto consil. 187. numer. 13. Socinus Iunior dicto cons. 102. numer. 39. Bartol. in l. etiam Cod. de excus. mun. lib. 10.* Etiam, quod se in aliquibus alteri subijciat. *Feli. in dict. cap. dilecti versic. & hinc, & in dicto capitulo postulasti numer. 10. Corn. dicto*

consil.

consil. 187. num. 10. Decius consil. 360. numer. 7. & 8. Roland. Anchar. Brun. Menoch. Alba, Roman. Angel. Curt. Iun. Bal. Castrens. & Abb. & Alij, quos infra citabo. vers. confirmat ratio; Etiam, quod officialis personam ab altero recipiat, *Abb. dicto consil. 51. in principio Curt. Iunior dicto consil. 124. sub numer. 1. Socin. consil. 7. lib. 1. num. 2.* Cum enim confœderatio sit societatis contractus, qui legibus determinatur eisdem, *capit. 1. §. inter societatem vbi Bald. de pace constit. Bal. in l. executorem numer. 32. C. de execut. rei iudic. Oldrad. consil. 65. in fin. Bartol. tract. Qui sint rebell. glos. rebellando numer. 12. Angel. de Perus. consil. 370. numer. 1. & consil. 391. numer. 7. Luc. de Pen. in Rub. C. si Soc. imper. liber. 10. Felin. in capit. postulasti sub numer. 10. de foro compet. Magon. decis. 60. flor. num. 9. & 10.* Societatemq; appellat etiam *tex. in l. postliminium. §. postlimino. ff de capt.*, Consequens est, vt in omnibus par, & aqualis vterq; censeatur, quibus non deroget pactum secus expressum, & strictè acceptum, *l. si non fuerint. ff. pro soc.* & in terminis nostris *tex. in l. non dubito. ff. de capt. & post reuer. Angel. dict. consil. 391. numer. 4. Zabar. clem. ne romani. §. sanè col. 3. vers. & ex his de elect. Corn. consil. 150. numer. 9. lib. 3. Castrens. consil. 96. circa fi. vers. verius. lib. 2. Abb. consil. 77. in princ. versic. sed prædictis lib. 1.* Quæ latius confirmantur infra ex responsione ad verba primi capituli, nouem confirmationibus copiosè roborata.

Meritò Vultureni ex ipso fœdere libertatem probant, cuius fœderis nullum est verbum, quod in Rhetis domnium importet, vt infra etiam demonstrabitur in responsione ad dicta verba primi capituli fœdus autem esse, contractus primo indicat nomen, quo nuncupatur a partibus, Ibi *pro confæderatione existimamus;* Vt enim verba sonant, contractus in dubio iudicatur. *Bartol. in l. cum ferro. §. qui proximos in supra quæst. de pub. & vect. Aretin. consil. 35. in princip. Tiraq. tract. de retract. lign. glos. 1. §. 30. num. 7. & 8. Mago. decis. 33. Flor. num. 3. Natta consil. 607. num. 1. in fi. Bec. cons. 35.*

Secundo indicant verba secundi capituli: *sint, & esse debeant*

beant chari, & fideles confœderati. in verbis enim claris non est admittenda volũtatis quæstio, nec in interpretatione laborãdum *l. ille, aut ille. §. cum in verbis de leg. l. continuus. de verb. obl. Bald. consil. 343. numer. 1. Vbi de verbis fœderis lib. 1. Ang. Perusin. consil. 391. numer. 5. Vbi de fœdere.* Aliud enim esse subditum, & aliud esse confœderatum, vocabuli diuersitas ostendit, *l. si idem C. de codicil.* præcipuè ad eius intentionem excludendam, cui facile fuit alterutro vocabulo, vti, *l. veteribus ff. de pact. Abb. consil. 51. numer. 3. & 4. lib. 2. Roman. consil. 359. numer. 12. Alex. consil. 114. numer. 3. lib. 3. Gab. Rom. consil. 61. numer. 3. Bec. consil. 105. numer. 34. Curt. Iun. consil. 124. num. 18. Pedroch. consil. 16.* quæ exclusiua interpretatio latius infra confirmatur.

Tertio idem innuunt sequentia verba; *Et tales permanere,* quæ dictio, tales, cum verbis substantiuis: *sint, & esse debeant,* veritatem magis, quàm fictionem importantibus, iungatur ab his, qui eos tales facere poterant secundum veritatem iuris, & facti, dicendum est, quod omne confœderationis genus, & veritatem comprehendat, quæ erat in potestate disponentis, dempto eò dumtaxat, quod specialiter excipitur, vel quod expressa modificatio excludit *l. fina. in princ. C. de verb. signif. Bart. in l. maritus 2. §. 1. ff. ad l. iul. de adult.* Cum enim aliquid dicitur esse tale, omnis improprietas excluditur. *Bartol. in l. mercis. de verb. signif. Dec. in l. cum quid sub numer. 3. si cert. peta.* Sicut etiam per verbum esse, pura veritas significatur *glos. in l. iusiurandum ff. de iureiur. Bartol. in l. si is, qui numer. 15. de verb. oblig & in l. si maritus. § legis ff. ad l. iul. de adult. Pap. in for. iuram. quod defer. à parte par. gl. iuramentum in princip.*

Quarto id enixius quarti capituli illa verba ostendunt: *Vtii homines trium Ligharum,* à quibus, si ad præcedentia, & sequentia opus esset interpretatione, declarationem recipiunt, vt tale sit Vulturunensium fœdus, quale etiam est Rhetorum inter ipsos. *Bartol. tract. qui sint rebell. glos. rebellando numer. 12. Bald. in auth. Sed omnino numer. 7. C. ne vx. pro mar. Castrens. consil. 85. in prin. lib. 1. & num. 7.* Et vt censeatur omnis ipsius Rhetiæ ci-

uilitas

uilitas in homines Vulturenos translata, quæ priuilegio, & contractu transferri potest. *Feli. in c. postulasti numer. 10. versic. propterea, & versic. vnde Do. de Io. comp. Bald. in dict. authen. sed omnino numer. 9. Castrens. consil. 292. lib. 1. & dict. cons. 85. nume. 7. Signif. de homod. consil. 229. num. 2.* vbi de assumpto ad ius ciuilitatis. *Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 60. in fin. Ceph. consil. 451. num. 16. & sequent.* Omnem enim paritatem, & similitudinem importat dictio, vti, & facit idem esse in vtroq; extremo *l. 1. ff. vti possid.* Et vni inesse, quod inest alteri *l. qui habebatur. §. peto. ff. de leg. 3.*, Et idcirco singularum Vniuersitatum Vallis posse suos esse Magistratus, quemadmodum, & singularum Rhetorum terrarum sui sunt, & quælibet suos ponit, vt *Corn. probat consil. 187. numer. 8. versic. & ideo lib. 4.* Vltimo quidquid in singulis, tàm suprascriptis, quàm sequẽtibus fundamentis pro libertate scriptum est, id etiam fæderis contractum reciprocè insinuat, cum libertas sit de natura fœderis, vt supra probaui vers. secundum ergo.

Tertium est principale fundamentum, quoniam in secundo capitulo in eorum consortium, & Collegium Oratores Vallis ad collegialiter sedendum, & pariformiter consulendum, simul admittuntur, cui pariformi consultatione, & Consilio, consequens est, non esse diuerso iure censendos. *l. eum, qui ades. vbi Bartol. de vsucap. Mago. decis. 94. nume. 7.* Et in terminis nostris *gl. in cap. cum omnes extra de elect.* Et nè magis in nos iusdicant, quàm nosmet, seu Oratores nostri, in ipsos, & vtriusq; Vniuersitatis Communitates, & terras, ex ratione, *cap. innotuit. versic. quamuis extra de elect. l. nam, & Magistratus, ff. de arbitrar. l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebell.* Tantò magis, cum id etiam esset ex sola regula determinabilium, sine expressione illius verbi, pariformiter, quod legitur in capitulatione, *vulg. l. iã hoc iure. ff. de vulg. l. quamuis, C. de impub. & alijs substit. l. haredis; & l. in testamento. C. de testa. milit. Marti. Vrani. consil. 81. lib. 2.* Quatenus inquam ex omnibus maior pars æquo iure componitur, iuxta *titulum extra de his, quæ fiunt maior.*

maior. par. capit. 1., l. quod maior. ff. ad municip. l. nulli cum ll. seqq. ff. quod cuiusq; vniu nom.

Nec obstat si forsan in contrarium vis fiat, ex verbis *pro tẽpore, quo necesse fuerit ad dietas vocari*, quasi; quod vocandi non sint, si Rhetos aliqua necessitas non cogit, quia Respondetur, sic dispositionem intelligendam, vt esse debet, & fieri debebat, & secundum modificantem iuris intellectum. *l. si vno. ff. loc. l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falcid. l. quidam cum filium de verb. oblig. l. vtrum. §. final. de petit. hered. glos. in l. post dotem. ff. solut. matrim. Saly in l. auia num. 8. C. de lucro do. Felin. in cap. cum M. extra de constit. in tertio notab. Bartol. Baldus, & omnes in l. gallus §. quidam recte de lib. & posth. Bald. consil. 434. in primo vol. Gozad. consil. 74. numer. 9. Surd. consil. 34. num. 34.*

Et præcipue iuxta naturam contractus, & subiectæ materiæ, vt latè exarabo infra vers. sensum, Consequenter verba prædicta intelligenda de necessitate iuris, eum scilicet agitur de rebus fœderis, & societatis, ad quarum consultationem debent omnes interuenire, vel vocari, quos constitutio tangit *glos. in capit. cum omnes extra de constit. & in capit. primo in verbo constitutum extra de his, quæ fi. & mai. par. cap. Abb. & omnes in cap. cum nobis de elect. Marc. decis. 1335. & sequen. Loseus tractat. de Vniu. par prima num. 75. cap. 3.* Aliâs enim esset in verbis fraudis sensus, qui credi non debet, & vt excludatur, interpretatio capienda. *l. cum lege, & ibi not. ff. de testa.* Sicuti, & nè elusoriè intelligantur. *l. si quando in princip. de leg. primo Crauet. consil. 25. numer. 7. & consil. 135. numer. 25. Menoch. consil. 128. numer 13.* Nunquam enim alterius præcisæ necessitatis venerit casus.

Quartum est fundamentum, quod nobis præstat tenor quarti capituli, pro Vallis libertatem Rhæti sub sua, & Episcopi Curiensis tutela recipiunt aduersus Cæsaream Maiestatem, Mediolani Ducatum, & alibi vbicunq;, quatenus liberi fiant à taleis, & similibus, vti homines trium ligharum, cuius capituli verba infra ostendam ferè singula per se plenam

liber-

libertatem importare, hoc præmisso, quod verbum illud: Et similibus non aliam recipere debet interpretationem, quam de omnibus iurisdictionalibus, & regalibus, Tum quia de omnibus, quoad Cæsaream Maiestatem, & Ducatum, sensum vsus sequens, & obseruantia recepit; quo temporis æuo nil Cæsar, nec Ducatus superioritatis exercuit *glos. in capit. Scribam extra de præsumpt. Menoch. consil. 2. numer. 264. Becius consil. 6. & consil. 65. Alexan. Rauden. consil. primo lib. 2. & consil. 18., consil. 41., consil. 50. & consil. 60. lib. primo. Pedroch. consil. 23.* Latè per centum, & quinquaginta illationes, *Ioseph. Ludouic. conclus. 38.* Tùm etiam, quia sic etiam Rheti, quibus capitulum Vallem adæquat, libertate fruuntur, quæ eadem censeri debet ad Vallem per eam adæquationem extensa, ex singulariter traditis per *Iason. in l. 1. numer. 37. de leg. 1.* Et nisi verbum, *similibus*, etiam de omnibus iurisdictionalibus intelligatur, & regalibus, sequeretur, quod in eis nil esset derogatum iuribus Cæsaris, & Ducatus. Nec obstat pro Rhetis refugium, quod in eo capitulo non censeatur comprahensa persona loquentis *l. 1. & ibi not. Bartol. ff. de Senat. l. inquisitio. ff. de solut. Menoch. consil. 2. numer. 75. Put. decisio. 44. & 363. Rota Auenion. decisio. 110. numer. 2. Viuian. decision. 233. Anto. Lanar. consil. 82.* Et consequenter, quoad ipsos, non censeatur facta promissio. *Bald. in dict. l. inquisitio, & in capit. vnico. §. contra omnes tit. Hic fin. Lex centa Add. ad Bartol. in l. Paullus. §. final. ff. de pign. Magon. decisio. 60. flor. numer. 13.* Quia respondetur, id verum in contractibus, & dispositionibus, quorum natura non sit comprahendere personam loquentem. *l. Paulus §. final. de pignor. Aiba consil. 369. numer. 11. Bald. in capit. periuro extra de iuretur. Bartol. in leg. 1. ff. de Senat. per text. in l. inter stipulantem in prin. de verb. oblig. & in l. vendicantem de euict.* At fœderis natura est, nè vnus alteri præsit, & libertatem conseruare; præcipuè quoad ipsos se confœderantes, vt dixi supra in secundo fundamento; & infra confirmabo in responsione ad verba primi capituli. Ergo quoad libertatis tutelam, de qua in quarto capitulo

 com-

comprahenduntur, & ipsi, Tanto magis quò ad illud comprahenduntur, quod contrahendo adhuc erat in fieri. *Castrens. in consil. 313. col. 3. versic. nam tunc lib. 1.* Facilius enim est impedire quærentium, quam tollere quæsitum l. quæ autem. ff. quæ in frau. credit.

Præcipuè autem, ad actionem saltem ei denegandam, semper intelligitur comprahensa persona loquentis, vt pluribus probat, *Cravet. in quest. de indemn. mul. numer. 16. versiculo Itaque & numeris seqq.* Multò magis, cum & per sequentia vniuersalia verba illa: *Et alibi Vbicumque*, sit omnis sublata loci, personæ, & iuris exceptio, & id comprahensum, quod alias non veniret, vel dici posset tacitè reseruatum. Vt de vi huiusmodi vniuersalium dictionum tradit. *Natta consil. 525. numer. 8. Decian. consil. 57. numer. 26. & consil. 52. numer. 13. & consil. 8. num. 134. lib. 1. & consil. 44. numer. 14. & 98. & consil. 35. numer. 8. & consil. 19. numer. 14. lib. 4. Bursat. consil. 138. numer. 27. lib. 2. Iason. in l. 2. numer. 2. & 3. qui Sat. cog.* & in terminis dictionis vbicunq; quod importet omnem locum *text. in capit. ad honorem ex de vsu. pal. & institut. de vsucap. in princip. & l. 1. vbi glos. in verbo vbiq; ff. solut. matrim. Paris. consil. 111. numer. 12. lib. 1.* & omnem personam omni distinctione sublata *Romanus consil. 373. in proposito numer. 2. & 3. & Latius per Tiraquell. tract. de retrac. lign. §. 1. glos. 7. num. 20. & sequen.* Tanto magis, cum hic sit addita hæc vniuersalis alteri vniuersali, *& alibi*, quæ geminatio debet enixius operari, vt per *Decian. dict. consil. 52. numer. 13.* præcipuè quia nisi Rhetiam, & Rhetos includeret, staret otiosè, vbi satis erat dixisse, *& alibi*, Meritò in sensu accipi debet, quo aliquid vltra operetur *Iason. in l. 1. numer. 9. versic. facit. ff. si quis caut. Baldus in Rub. C. de contr. empt. quæst. 9. Decius consil. 292. numer. 1. & 2. & consil. 444. numer. 4. Curtius Iunior consil. 85. numer. 4.* iuncta fortius natura contractus, vt supra diximus, Addito, *Tiraquell. dict. glos. 7. numer. 22. & sequent.* Et in terminis ad comprahensionem personæ loquentis *Roman. comm. con-*

clus. tit. de verb. signif. capit. 9. numer. 7. Et eò magis in dispositione ista, quæ habebat promissionem præambulam, quæ legitur in præfat. capitulationis *Bartolus in l. 1. ff. de Senat. in fi. Roman. dict. cap. 9. numer. 5.* Nec enim verisimile est, quod Vallis, cuius intererat non mutare dominum, & multò magis plures non habere dominos, id voluerit facere, quod deterius erat, vt infra dicam latius versic. Et quibus nimis.

Quam fœderis interpretationem, & libertatis veritatem, etiam quoad ipsos Rhetos in capitulatione loquentes, probat subsecuta facta, & vsus subsecutus, illiusq; temporis obseruātia, quod capitulationi, & capitulationis pacto propius cohærebat, per plures annos, quibus Vallis officiales elegit, Electos cassauit, In Sindicatu plectebat, Faciebat de delictis gratias, Vectigalia exigebat, Præscribebat bona Reorum, Ad principes mittebat legatos, Rhetorum facta propulsabat noxia libertati; Quibus inquam annis leges condidit, Publicauit edicta, communibus decretis, vt fæderata subscripsit, Rhetorum petitiones correxit, Eos de capitulationis inobseruantia accusauit, In publicis comitijs secum sedit, Et minuit monetæ valorem; His inquam annis Magistratus exequuntur, quæ eis Vallis consilia præscribunt, Ministros assumunt sub conditione, si Valli placent, Aliaq; fiunt, quæ pœnitus subiectioni repugnant, fœderiq; conueniunt, & libertati. Nullus autem certior est etiam dubij contractus interpres, quam obseruantia subsecuta, nilq; est, quod, quid in contractu actum sit, potentius declaret, vt latè probat *Bec. consil. 106. numer. 49. Neuiz. consil. 66. numer. 22. Abb. in cap. dilectus, colum. 2. extra de consuetud. Marti. Vran. consil. 2. numer. 9. versic. quinimo lib. 2. Alexan. Raudens. consil. 18. numer. 39. & sequen. lib. 1. Crauet. consil. 294. colum. 14. versic. vigesimo. Menoch. consil. 75. numer. 66. Bartol. consil. 59. numer. 6. lib. 1. Alba consil. 62. 63. & 64. Io. Baptista Costa consil. 49. numer. 28. Decius consil. 283. numer. 2. & 3. versic. non obstat*, & latè per innumeras illationes ad interpretationem cuiuscunq; dispositionis hominis, & legis *Ioseph. Ludouic. comm.*

conclusio cap.38.per totum. Quinimò talem ex subsecuta obseruantia interpretationem esse sequendam, etiam quod non esset bona, inspecto verborum veriori intellectu, consuluit *Cranet consil.294.allegato colum.14.versic. amplius.post Socin. consil.146 numer. 2. lib. primo Becius consil. 102. numer. 49. in fine*. Et cuius obseruantiæ vim augent litteræ eorum, quibus Vulturenos Amicos vocabant, quod amici vocabulum, pro confœderatione promiscuè accipitur, vt legitur *per Osascus in disputatione impressa post decisio, numer. 7. in fin. 8. & 12. Io. Cokier Tesau. decis. polit. aphor. lib. 2. de sta. hom. cap. 99.*

Quintum principale fundamentum ex eo sumitur, quod capitulationi contrauenerunt, & non seruauerunt fidem, quod efficit, vt certò licuerit Valli ad priorem statum, & pristina sua iura, redire, prioremq; eos recusandi, instaurare libertatem. *Baldus consil 369. numer. 4. lib. 1 & consil. 371. lib. 3. Curtius Iunior consil. 124. in fine. Menoch. consil. 156. numer. 16. Beroi. consil. 81. numer. 22. lib 1. idem Baldus in capit. breui sub num. 10. de iure iur.* Quanta autem contrauentio fuerit, Quanta facti contrarietas, Quantus fidei interitus, Totius Europè neminem latet, Diuinæ vltionis miracula testantur, Non negabunt ipsi Historici scribunt, Archiuia loquuntur, Et Vallis sibi dat clamor, quam sibi durè subiecerunt, Vt mancipium tractabant, Fœderati abolerunt nomen, Iniustè, Illicitè, & Inhonestè secum agebant, A consilijs excluserunt, Pleno vsurpato iure gubernabant, Licitabant sententias, Ipsis pecunia Lex erat, In pretio iustitia, In eo veritas, In eo fides, Quid magis, quam prophanarè Ecclesias, Sua vsurparè bona, Hæresiarcas subrogare curatis, Hæretica fundare Collegia, Regularium Sacros relegare ordines, Ad Episcopum Clero inhibere accessum, Iubileos prohibere, collationes, & Bullas, Et in Defensores seuiræ Catholicæ fidei? Quid magis? Hæresiarcarum Ministrorum omnem Catholici sanguinis sententiam consilio committere cui, cogitet Mũdus, quàm Nicolai Rusclæ, optimæ memoriæ Sacerdotis, fuerit

rit suaue supplicium, & aliorum fuisset, nisi fuissent fuga præ-
uenti; Memoratã capitulationem, sic Rhetia impleuit.

Sextum, libertatis est aliud principale fundamentum, quod si Rhetorum ius, quale sit, non penderet á fœderis contractu, & pactis, & nec de contrauentione ageretur, iurisdictioq; & imperium feudali, hæreditario, vel alio iure competeret, adhuc propter talia facta, quibus etiam probatur Ecclesiæ, & Religionis interitus, euersio salutis, & vniuersalis substantię finis, iustè se Vallis in libertatem reuocauit, quam habitu, & administratione sic iniquè Rhetia opprimebat. *Luc. de pen. in l. vnica C. vt armo. vsus. lib. 10. & in l. vnica C. publ lætit. nunt. Corf. tract. de excell. regis. char. 1. in 3. quæst. Imò cons. 34. nu. 5. Dec. cons. 619. nu. 13. Boss tit. de princ. num. 56. idem Luc. de pen. in l. si coloni 12. quæst. c. de agric. & censit. lib. 10. Andr. Gheil. lib. 1. obser. cap. 17. Io. Marta. tract de Rege lib. 1. cap. 6. & 7. Io. Lu. de Retent. Regni. Nauar. pag. 5. §. 4. Dom. Sot. de iust. & iur. lib. 1. quæst. 1. artic. 3.* iuncta cumbinatione sequentium. *Bald. consil. 37 lib. 3. Gomez. tract. de poten. in se ipsum cap. 13. num. 10. Osasc. decis. 137. num. 21. Bald. cons. 240. lib. 4. Anch. cons. 158. num. 12. Natta cons. 493. num. 2. Careri. tract. de hæresi. §. nunc de pænis. num. 44. Bald. in l. non ambigitur de legi. versic. Igitur.* Sic enim, nec prælatus malus tolerari debet, *gl. in c. ex parte extra de accus. , & ibi Host. & Abb.* Et qui potestate abutitur, priuilegio exui debet *c. priuilegium xv q. 3.* Et mala collegia, quamquam rectè fundata, debent cassari. *Bald. in c. 1. §. conuenticulas nu. 4. de pace iurium. firm. Bart. in l. sub prætextu ff. de extraord. crim.* Quod sextum hoc fundamentum probat etiam sententia *Cicer. Filip. 2.* Viris fortibus hoc didicisse satis est, quàm pulchrum, beneficio gratum, famæ gloriosum, tollere tyrannum, & alia *Seneca in Hercule furenti:* Nulla amplior, nec magis opima potest victima mactari Ioui, quàm qui Tirannicę dominatur, Quòd sacræ scripturæ probat exemplũ, qua Iael, & Ayot memoria celebratur, a quibus fuit populi restituta libertas, Sizæræ, & Moab Tyrannide excussa, Quæ nunc de eis dumtaxat accipio, qui etiam titulo carent, quiq;

 catholi-

catholicam fidem euacuant, de quibus legum conditores interrogati, & Iurisconsulti, respondissent omnes. Quomodo enim aliter Vallis poterat suum, & posterorum reparare periculum, quos sola hæresis citò perdebat? Scimus enim illius esse finem, vt fidem excutiat, Si enim ad solum sacomannum euitandum, licitum est fidelitatem iurare Tyranno, vt *per Neuizanum cons. 12. inter consilia Bruni num. 124.* Quanto magis in libertatem prouocare, ad euitandum Sacomannum Religionis, & salutis?

Septimum est, quia illo vniuersitatis corpore extincto, cum quo Vallis contraxit, eoq; non amplius existente, certi iuris est contractum resolui, & etiam subditos, si quos habebat, fieri sui iuris, & in eis omne ius consolidari, & libertatem resurgere. *Bart. in l. sodales, in fine de Colleg. illic. & in l. eius §. Celsus in fine ad munic. & in l. sicut §. in decurionibus num. 5. ff. quod cuiusq; vni. Bald. cons. 311. num. 2. lib. 3. & cons. 321. num. 2. lib. 4. Bellon. cons. 1. num. 8. Rom. cons. 417. in princ. Fæder. de Sen. cons. 15. vers. & quod, Castr. cons. 16. num. 2. in fin. lib. 1. Andreas Gheil. lib. 2. obser. cap. 61. nu. 1. Carer. praxi. crim. §. circa tertium num. 13.* Vniuersitas enim, & huiusmodi corpus, sicut persona moritur. *Oldrad. cons. 65. ad finem. Fælin. in cap. dilectus num. 4. extra de Simon. Bald. cons. 367. lib. 3. Gheil. dicta obser. 61. num. 4.* Sic enim, & potestas vniuersitati commissa, ipsa extincta expirat, nec eam restituta reassumit. *Sebast. Medi. tract. mors omnia, Sol. cap. xxiij. num. 63. per l. interdicitur, vbi Bart. de cond. & demonstr.* Hocq; esse potest iure, & natura. *Bald in l. non ambigitur de legit.* Iure, vt si hæretica fiat, de quo infra dicetur, damnetur ad aratrum, vel passa sit capitis diminutionem, seu superioris iussu destructa, vel priuilegijs exuta; Natura, si de facto, vel casu destructa, non sit restaurationis spes, vt in locis allegatis patent exempla.

Non enim debetur singulis, quod est corpori, seu repræsentatæ personæ promissum, & quod corporis stipulatur, singulis non quæritur. *Baldus in dicta l. non ambigitur in principio,*

vbi

vbi de potestate commissa Collegio, seu pluribus collectiuè; vt corpori; *Felin. in capit. dilectus columnia. 2. vers. item facit, quod notat de Simo. & in c. cum omnes num. 28. vers. 3. & num. seqq. de constit. Oldrad. cons. 244. num. 19. Soci. in l. cum Senatus nũ. 8. de rebus dub. Bart. in l. 3. num. 7. ff. ad municip. Federicus de Sen. cons. 15. vers. qui declarato*, Et ideò Vasallus Vniuersitatis, vel Collegij non est Vasallus singulorum. *Baldus in l. neque ff. quod cuiusque vni. in fine*, Hęcque sine dubio in his, quæ per Vniuersitatem vti corpus, vel Collegium possunt explicari, & collegialiter fieri, vt per *Abb in capitula veniens ad finem extra de cognat. spiri.* Alium enim est Vniuersitatis, aliud singuli, Et alia causa vnius, alia causa alterius. *Cogno. in l. aliud §. 1. num. 13. de Regu. Iur. Bal. in d. l neque in fine. Felin. in d. cap. dilectus colum. 2. versic. item adde.* Aliud factum Vniuersitatis, aliud singulorum, Aliudque facere tamquam vniuersi, aliud tamquam singuli. *Federicus d. cons. 15. in princ. Rota Auen. decis. 128.* Sicut, & aliqua singulariter licent, quæ non licent vniuersaliter *cap. vnico §. fin. & ibi Glo. extra de religio. domi.* Quemadmodũ, nec condemnata Vniuersitate singuli censentur condemnati. *Baldus consil. 96. lib. 3.* Quoniam vna est persona ficta, alia est persona vera. *Carer. praxi crimin. capit. 14. num. 4. Franch. capit. Romana. §. in vniuersitate de senten. excommunicat. in 6.* Inde est, quod in mandato ad obligandam Communitatem non venit facultas obligandi singulos. *Felin. in capitulo causa num. 7. de senten.*

Vniuersitati autem, vt corpori, quid datum, promissum, commissum, stipulatum, vel quæsitum dicitur, quando omnes collectiuo vocabulo vocantur, vt Capitulum Collegium, Societas, & similia, singulis autem cum Canonicis Collegij, vel Vniuersiratis hominibus, vt per *Ruin. cons. 1. num. 5. lib. 4. Felin. in c. cum omnes num. 28. 29 & seqq. de constit. Alex. in l. omnibus ff. ad Trebellianum, Socin. in l. cum Senatus per totam de reb. dub.* Et ideo attendendum in quem verba dirigantur consuluit *Bal. cons. 121. sub num. 4. lib. 3.* & in dubio semper vt vniuersis. *Bald.*

in l.

in l. nulli in prima lectura ad finem, ff. quod cuiusq; Vniuersitatis.

Tres autē lighæ, quæ Rhetorum colligatæ simul tunc erant, & quibus coniunctim, quòd in capitulatione legitur, Valis Telina promisit, vnicum erant corpus, & vnicam personam repreſentabant, vnamq; constituebant Vniuersitatem. *Bal. in cap. 1. §. damna de pace coustan.* vt & latius infra vers. si ergo, Et pro vnica persona accipiuntur *Felin. in cap. dilectus num. 6. de Symonia. Oldrad. conſ. 65. num. 7.*

Tale autem corpus esse de iure extinctum, personamq; mortuam, quā corpus illud repræsentabat fictione iuris, infraſcripta ostenditur discussione totius corporis, & cuius vis partis, quæ ligha nuncupatur.

Ducitur hoc septimum fundamentum ab hæresis effectu, seu deffectu, cuius nulla est iurisdictio, nullum imperium, nullum dominium, nulla possessio, nullus locus, nullum officium, nulla actio, & nulla dignitas; Filios patria potestate soluit, Vasallos, atq; subditos, ipso iure, & ipso facto à fidelitate, & fidelitatis iuramento relaxat *c. miramur 24. quæst. 1. cap. qui peccant, vbi glo. 23. q. 4. cap. fin. & ibi glo. 15. q. 6. & cap. quicumq; 24. q. 1. glo. in c. Iul. 15. q. 6. Feli. in c. absoluendos in principio de Hæreticis*, Vbi, quod ab obedientia manifesti Hæretici licet palàm se subtrahere, *& in c. vergentis colum. 2. sub num. 2. eodem*, Vbi quod perdit omne dominium, siuè à iure, siuè ab homine priuatio fiat. *Bal. in §. vltimo num. 4. de pace constantiæ, & conſ. 452. & 407. in fine lib. 2. & conſ. 428. lib 5. Carer. tract. de hæresi. §. nunc de pœnis num. 4. 17. 21. & 34. Io. Anania in dicto capitulo vrgentis num. 6. Lambertin. tract. de iur. patron. artic. 4. Septima partis principalis parte 1. lib. 1. fol. 158. Decia. tractat. crim. lib. 5. cap. 43. & 44.* Et quam subditorum obligationem, Hæreticus eo crimine amisit, conuersione non recuperat, *Carer. prax. crimin. §. circa tertium num. 13.* intelligendus de hæresi, sicut de humana Læsa Maestate, quæ minor est. eodem, *Carerio teste tract. de hæresi cap. vltimo num. 25. Felin. in dicto capit. vergentis num. 4.* Et est regulare quod amissum non recuperatur, & si perso-

na

na reintegretur, *l. interdicitur, vbi Bart. ff. de cond. & demonstrationibus Roman. consil. 459.* Et in terminis hæresis, *Panormitan. in dict. capit. absoluendos versic. in glos. 1.* Ad quem se remittit idem *Caser. eo tract. §. crim. de pœnis, idem Abbas in c. quia diligentia in fine de electione, & in dict. capit. vergentis vbi Felin. num. 2. versic. in contrarium*, cum quibus transit, *Rochinus de Curte in tract. de iure patronatus cap. incip. competens quæst. x. num. 27.* Qui hoc firmant, siue ab homine, siue à iure priuentur, quibus adde latè scribentem *Lamber. tract. eodem lib. 3. artic. 2. octaua quæstionis num. 6.* Vbi propterea infert Hæreticum patronum non recuperare per eius conuersionem ius patronatum, à quo per eius heresim Ecclesia libera facta est, cui conclusioni cohæret, quod de libertate subditorum Castro, vel Collegio, alioqui huiusmodi corpore de iure, vel aliter destructo, scribunt *Gheil. dicta obseruatione 61. Bal. in l. si tibi. §. 1. ff. quod cuiusq; vniuersi & consil. 321. num. 2. & 322. in fine lib. 2. & consil. 311. num. 2. lib. 3. Roman. consil. 417. & 459. Bello. consil. 1. num. 8.* Cum autem qualis est vniuersitatis pars maior, talis dicatur vniuersitas tota, & integrum corpus, quoad vniuersitatis, & corporis effectus, vt per *Bart. in l. sodales num. 15. de Collegijs illico Bal. in auth. habita. num. 41 C. ne fil. pro patre.* Sicut, & in omnibus mixtis extremum solum attenditur, quod potentius est, & magis participat *l. 4. de statu hominum. Signor. consil 95. num. 4 Amhar. consi. 384. num. 4.* Et ideò quod pars maior facit, tota fecisse dicitur. *Federicus de Senis consil. 15. num. 2. Bal. in capit. 1. §. damna de pace constan. & in l. si municipes colum. 2. quod cuiusq; Vniuersit.*, Et hoc propterea, quod quatenus de facto in fœdere continuant, quod Rhætis est duplex, cogitur federis vsu pars minor parere maiori, ita ut, qui corpori subditi sunt, solius hæresis, quæ inibi vincit, & sola dominatur subditi fiant, solaq; imperet illis, Hoc experientia docet, & sua decreta testantur, quæ de rebus ad religionem, & Ecclesiam pertinenti-

 bus



bus loquuntur.

Hoc tot Catholicorum supplicia probant, quos Catholicæ libertatis solus vsus fecit reos mortis confiscationis, vel exilij, Meritò rectè diximus tale, quod sola hæresis regit corpus extinctum, sicuti, & propter hoc Ciuitas potest tota exuri, & tota damnari, totum Collegium destrui, ordo totus euelli, vt infra dicemus in octauo sequenti fundamento, Multò minus potest illa pars minor obnoxia maiori alios in potestatem habere, *Castrensis consil. 313. colum. fin. lib. 1. Cagnol. in l. imperium num. 174. de iurisdict. omnium iud.* Eoq; minus, qui etiam in potestatem Archiducis, & Curiensis Episcopi reuocati sunt, vt ibi *Castrens. & Cagnol. Duplex enim Funiculus magis ligat. Dec. cons. 619. num. 7.*

Dixi extinctum etiam discussione singularum partium quæ Lighæ nuncupantur, De Ligha enim decem, quæ vulgo dicitur iurisdictionum, sola minima vnius iurisdictionis, seu Communitatis, Catholica remanet particula, nuncupata drictura di Belfort subditæ Archiduci, Vt, & totius Lighæ residuum, cui particulæ nulla alia est Communitas, seu iurisdictio in eo fœdere, quæ possit in ligha coniungi, itaut si Ligha plurium Communitatum colligatio esse debet, & Societas, secundum *Lucam de pen. in Rub. C. si Soc. Imper. liber. lib. 10. Bal. in cap. 1. §. inter societatem de pace constantia*, & alios allegatos in secundo fundamento, Illa pœnitus nulla sit, quæ socia caret, Addito præcipuè, quod infra de alijs duabus Lighis dicetur, Quodq; & si aliæ duæ remanerent, non propterea in eis remaneret ius primi corporis, vel Collegij. *Bal. in l. nulli in prima lectura in fine. ff. quod cuiusq; vniuers.* Sicuti, nec potestas commissa tribus Lighis, vna extincta in alijs duabus subsisteret. *Bal. in cons. 121. num. 4. & consil. 313. lib. 3. Canonista in cap. vno de officio delegati. Blan. tract. de compro. q. 7. num. 17.*

In fœdere vero Domus Dei Hæreticarum Communitatū maior

maior est numerus, qui propterea totum fœdus dissoluit, ex dictis supra versiculo cum autem; Et quæ fœdera, cum lex societatis diffiniat, atq; ab eisdem. ll. pro socio, regulentur, vt patet allegatis, *Luca, & Baldo, & in l. executorem numer. 32. cap. de execution. rei iudicatæ, & consi. 367. lib. 3. Bart. tractat. qui sint rebelles Glo. rebellando num. 12. Ang. de Perus. consil. 391. nu. 7. Oldrad. consil. 65. in fine. Pelin. in cap. postulasti, sub num. 10. de foro competent. Magon. decis. Floren. 60. nu. 9. & idem Angel. consi. 376. num. 1.* Dicenda sunt omnia resolui, finiri, & extingui, quorum vnica socia perit. *l. actione §. morte. ff. pro socio. Bald. consil. 448. lib. 4. Rum. consi. 91. in principio. & num. 6. in fine lib. 1. Alex. consil. 80. lib. 7. Petrus de Vbal. tract. de duo fratri. par. 11. sub num. 3. Sebast. Medi. tract. mors. omn. sol. p. 2. num. 288.* Et licet à societate priuata, publicam, quæ vnum corpus constituit, *Bald.* societatem distinguat in *l. si tibi, §. 1. ff. quod cuiusq; vniu. Castrens. in l. sicut. §. in decurionibus, num. 2. ff. eo. lo. Fab. in §. soluitur. Instit. de act.* quibus traditum est, nedum non solui alicuius socij interitu, sed totum vniuersitatis, seu huiusmodi societatis, ius in vno saluari. *Idem Bal. in l. non ambigitur vers. iuxta de legi. Costa tract. de rem subsid. cap. 103. num. 1. Dec. consil. 151. num. 18.* Attamen hoc nil lædit, quod diximus de societate pactis, & conuentionibus contracta, seu inita contractu, nisi pacto caueatur. *l. adeo §. 1 & l. verum. §. in hæredem ff. pro Soc. Fran. Mar. decis. 826. num. 2. & 3. par. pri.* Vt, & ibi distinguit. *Fab. vers. sed hic;* Vel nisi mutuum, & singulare, singulorum iuramentum causet societatem in singulis censeri conuentam, vt ibidem *Faber in fine*, Et omnibus vt singulis, non vti vniuersis iuratum, quo casu sufficeret maiorem dumtaxat superesse partem, *Bal. in l. nulli in prima lectura ff. quod cuiusq; vniu. colum. 2.* Quod autem in contrarium diximus ex Bal. & alijs de societate intelligimus, de qua in *l. prima, & l. sicut*, quas ipsi allegant, quæ origine, priuilegio, domicilio, vel electione, non proprio societatis

contractu, & natura inchoatur, in qua nos versamur, qui cũ tribus Lighis, vt vnica persona collectiuè contraximus, non cum singulis trium Ligharum; Licet enim diuersæ nationes, hominesq; diuersarum terrarum simul colligatæ faciant vnã Vniuersitatem, & Collegium, Illud tamen, quia est nomen iuris, tamdiù dumtaxat est, quamdiù de iure subsistit, *Bal. in l. neque societas, quod cuiusq; Vniuersitatis*, iunctis traditis per eum *in l. 1. §. quibus in principio eodem titulo*, Cui responsioni debet alia combinari, quæ infra ponũtur vers. cum autem ammittere.

Hocq; etiam Grisæum fœdus propulsat, in quo vix liquet, quæ sit pars maior, & in quo iam plures Communitates, & terræ periere Deo. Et propterea putamus benè responsum, illud corpus non amplius adesse, cum quo Vallis contraxit; & singularium personarum reliquijs dissolutis illud non esse corpus, cum quo contraximus. Quarum personarum Aliæ dicunt Catholicum non habere ventrem, vti quibus indifferentes sunt d es, & cibi, Aliæ alternis vicibus religionem colunt vtramq; Aliæ ex duabus vnam componunt, Quot autẽ istæ sint, numeret qui potest.

Octauum, & vltimum principale fundamentum eorum Rhetorum residuum vrget, qui se Catholicos dicunt, quos supra reliquias dissolutas appello, quosq; latæ sententiæ excommunicatio damnat, & excommunicationis laqueus suspendit, si *Bullæ in Cæna Domini* credimus, quæ de Hæreticorum fautoribus, receptatoribus, socijs, & adiutoribus loquitur, & *capitulo excommunicamus il secondo extra de Hæreticis, capit. Scisma. & ibi glos. 24. quæst. 1. Grammat. decis. 65. numer. 71. Carer. tractat. de Hæresi num. 20. & 32. Oldrad. consil. 65. num. 4. in fine Osiscus disputat. impressa post decisiones colum. 12. quibus alios iungimus infra.*

Quod fundamentum eò magis afficit eos, vt omnes, & vniuersos, idest ad effectum, vt ea præcipuè ammittant, quæ

ipsis

ipsis spectant, vt vniuersis, vt infra demonstrabimus in responsione ad contraria, vbi de vniuersitatum corporum, Ciuitatum, & Collegiorum criminibus tacitis, & expressis factis, vel ratificatis, momentaneis, & successiuis, seu habentibus tractum successiuum agemus.

Illi enim, & tunc quando soli erant Catholici omnes, Hæresi libertatem dederunt, concesserunt, vt serperet, priuilegia fecerunt vt Ecclesias, & Collegia erigeret, nostras prophanaret, aliquas bonis spoliaret; Hæresiarchis domos, & loca, publicaq; constituerunt stipendia, Eos sibi iunxerũt in eius fœdus sodale, Vnicum simul, & indiuiduum compaginauerunt secum Reipublicæ corpus, obnoxium indiuiduæ vitæ, & morti, Simul conuiuunt, & matrimonia contrahunt, Ad quos ideò infrascripta pertinẽt Pontificum Sanctorum, Canonistarum, & Politicorum adagia, dicta, responsa, & decreta: Christum negat, qui se peruersis socium facit, *cap. existimant 11. quæst. 3.* Talis ille censetur, qui illis se iungit, *cap. quicunq; 23. quæst. 4 Osas. d. &. disputatione, colum. 12. in principio,* Qui Religiones plures admittit, nemini credit, & neutram habet, *Io. a Cokier thesauro pol. aphor. lib. 2. de statu politico, & ciuili discur. 21. col. fin.* In vnitate non est, qui Scismaticis communicat, *cap. Scisma vbi Glo. 24. quæst. 1.* Propter aliquorum Hæresim, eò magis publicè prædicatam, totum potest destrui Collegium, potest tota Ciuitas dari ad prædam, & Saccum, tota solo æquari, tota exuri, *glo. in cap. si audieris 23. q. 4. Carer. tract. de Hæresi c. incipiente circa tertium num. 4. 6. 7. & 21. & cap. incipiente circa secundum num 70.* Quoniam Hæresim, vt ipse contrahit, qui Hæreticos receptat, fauet, & adiuuat, *cap. qui aliorum 24 quæst. vltima Carer. dict. §. circa secundum num. 70.* Qui fidei defensionem tacet, vel leuiter facit, Priuilegia Romanæ Ecclesiæ aufert, vel oppugnat, Per annum in excommunicatione manet. *Carer. dicto §. circa secundum num. 2. 3. 33. 45. & 54.* Oppositum enim

isti fecerant, qui secum societatem contrahære, conuersare, & commertium habere, vel aliter cum ipsis communicare prohibentur, allegatis supra versic. Deducitur, & sub versic. Illi enim, & infra vers. seqq.

Immò ipsos expellere, extirpare, occidere iubentur, & eis bellum facere, *capitulo non inuenitur, & cap. sicut 23. quæst. 4. cap. si non, & cap. ea, & c. quisquis, & cap. quis non eadem quæst. l. Ariani c. de Hæreticis. & Manich. Bal. in cap. 1. de pace constantia, & consil. 140. in fine lib. 4. Lambert. tract. de iure patron. par. 1. lib. 2. art. 5. quæstion a quæstionis principalis, Quod ex 20. 24 Leuit. ex 25. Num. & ex xiij. & 17. Deuter. probatur, relatis per Becanum lib. de fide, spe, & charitate cap. 15. quæst. 6. Ac, siuè palam, sinè ex insidijs fiat cap. 2. 23. quæst. 2. Ossat. dicta disput impressa post decisiones num. 3. Habito tamen non ad res, sed ad salutem respectu cap. si non ex 23. quæst. 4. & cap. apud veros 23. quæst. 1. & cap. prodest. & cap. excommunicamus quæst. 5. Et vt cessent à malo cap. nos sanctorum 15. quæst. 6.*

Quod diuini verbi Patrum, & legis institutum hanc rationem, & causam, habet, quod hæresis sicut cancer serpit. *Paulus 2. Tim. 2.* Quod anima cum peruersa peruertitur *Psal. 17.* Quod Aconiti natura est solo contractu nocere, Quod vitia crescunt, & ita in proximum transiliunt, vt contactu noceat, *Seneca de tranquill. animi cap. 7. Plin. lib. 29. cap. 7.* Quod exemplo maiorum perditio transmittitur in minores *cap. præcipuè 11. quæst. 3.* Quod iuncti, post difficilè separantur *cap. nolite xj. quæst. 3.* Quod, cum Hæresi suppetit licentia, vehementer insurgit, *cap. sicut xxiij. quæst. 4.* Quod Religione sublata vita hominum scelere, & immanitate completur *Thesaurus aphor. polit. lib. 2. discursu 21. colum. 1.*

Quam rationem, & causam probat diuinæ institutionis exemplum, quod per sacræ sciptura consignationem ad nostra secula peruenit, qua scriptura Iudeis inhibetur cū Ægiptijs sumere cibum, *Gen. 43.*

Cum

Cum Samaritanis habere commertium, *Io. 4.*

Ad Alienigenas accedere gentes, *Act. x.*

Probat diuinæ vocis oraculum; dicens: Caue. nè vnquam cum istis hitoribus Terræ iungas amicitias *Ezechiel. 34.* Non inibis cum eis phædus *Deuter. 7.* Nolite in Bersabe transire *Amos 5.* Si quis non obedierit in verbo vestro, hunc per Epistolam notate, & ne commisceamini cum illo, *2. Tess. 3.* Si quis venerit ad vos, & non attulerit doctrinam hanc, nolite eum recipere, *Io. ep. 2.*

Probat eorum euentus qui hanc Dei vocem Societate violauerunt. Israelitæ in Palestinorum foueam cadunt, & laqueo implicantur *Iud. 2.* Trapezontini Principes sic meruerunt infidelium subire iugum *Thesau. dict. dis. 21.* Sic Paleologhi Christo, & cœlo periere; *ibidem; Hoc memorandi nominis Regem moriendo exclamare fecit Heuperij, quod Hosti Christiani nominis confæderatus esse volui Thes. aph. polit. vbi supra. Authorquadam lib. xv. hist. pag. 332. Hoc alterum sublimem lugere fecit: Omnis mihi misericordia clausa est, qui fœdus cum Turca pepigi, & passus sum Christiana capiti abigi, sicut armenta. Thes. ibi.*

Hoc Britanniæ Belgij, Galliæ, & totius Germaniæ Hoc Rhetiæ, hoc nostræ calamitatis experientia docet. Vbi ab vno, vel duobus Hæresis incepta ad mille milliū creuit, reliquos fœdabat, moliebatur insidias, concitabat seditiones, & tumultus, ipsi Religio parebat, sæuiebat in bonos, Clerus eo sub iugo viuebat, suis scelera, nostris, nec recta licebant, Illiq; propè ruina erat, qui aliquid pro Ecclesia, vel pro fide diceret, Imò, proh dolor, Pastoribus, qui perditam quærerent, vel custodirent ouem; Iustusq; & euidens metus esset instantis interitus, quem ideò sanctum fuit in ore gladij reparare, & brachio forti *cap. non inuenitur cap. sicut. cap. qui nos. cap. Si non, cap. ea. & cap. quisquis 23. quæst. 4. cap. 1. & 2. quæst. 6. Imola cons. 34. num. 3. Dec. cons. 690. num. 13.* iunctis allegatis supra in sexto fundamento, & vers. *Imò ipses* Imò non fecisse

culpa

culpa fuisset *cap. fin. 23. quæst. 3. Osasc. decis. 137. nu.*

Hoc Pontificiū, hoc Episcoporum, hoc ordinum auspicia probant, quibus hæc nauis in portū adiuta uolauit, Hoc prodigia, hoc portenta, hoc reuelant diuina miracula; Quibus Deus Hostibus Suis, & nostris man⁹, & arma ligauit, & prius prædixit quæ facturus erat, Ploro ceruicem Iudaicæ gentis; quæ timet, vel credit eundem non esse Deum, quæq; mundi vires, & potentias magis veretur, quàm fidat ipsum secum habere, Atq; ignorat opera eius in perpetuum manere, & non mutari, *Ecclesiastes 3.*

Si ergo fœdere, societate, habitatione, commertio, communicatione, & vinculo, nuncupati Catholici, & Hæretici vnum sunt, & idem corpus, *Bart. in l. cum Senatus de rebus dubijs. Alex. consil. 84 in fine lib. 3. Bec. consil. 14. nu. 12 O'drad. consil. 66. vers. in contrarium, & consil. 254. num. 9.* Vna, & eadem repræsentata persona *Felin. in cap. dilectus num. 6. de Simonia, O'drad. consil. 65. num. 8.* Vnum, & idem velle, *cap. didici, vbi Glos. 1. quæst. 7. Grammat. decis. 65. num. 38. Osasc. disputatione prædicta Colum. 11. in fine,* Quomodo poterit diuerso iure censeri? vt authoritate Glossæ vtar, in specie nostra loquentis, *in c. cum omnes in verbo constitutum extra de constitutionibus ex vulgari regula legis, eū qui ades ff. locatis* Si iura talis indiuiduitatis, & connexitatis ratione, collegia, Ciuitates, & huiusmodi corpora interdicunt, vt hæretica damnant, ad saccum ponunt, sollo æquant, & exurunt, vt diximus, quomodo huiusmodi pars corporis minor nos poterit habere? Si Pontifex ipse est, qui suis decretis, & legibus ab hæreticis, & excommunicatis Catholicos disiungit *glos. in c. nos 15. quæst. 6. eo Precipuè. & c. ergo 11. q. 3.* Subditos soluit, & in libertatem reuocat *glos. in c. Julianus 11. q. 3. dicto cap nos. & c. finali quest. 6 Nauarrus manuali cap. 27. De sent. excomm. num. 22. Bal. de pace constantie in fine uers. uenio ad primam Grammat decis. 65. num. 70. Affl. in proem. constit. in principio.*, quinimò corpora separat in Sepulchris, *cap. omnis, & cap.*

& cap. seqq. 24. quæst. 1. quomodo sollicitatæ restitutionis ipse quod non credimus, mediator erit? Si Catholici, Rheti, asserti, fœderis iure, vel facto necessitate, vel vinculo, ratione, vel vsu, vti pars longè minor, cogitur parere maiori, & illi hæreticę subesse, Quomodo capax erit imperare *ex allegat. sup. vers. multo minus* nobis? quos hæresis regeret per ipsos? Quis ignorat, quòd ipsis hęreticis hoc satis esset initiũ? Quis ignorat hoc ipsos satagere, vt medium pristinæ communionis, & obsidendi castra? Quis vnquam talem propelleret euentum?

Vallisné, satis iam, superq; periclitata, quid ab eis sperare possit? an Hispanus, vt nerum deponat? an Gens illa cui expedit eos esse, quales sunt? an demum Gallus, longè abest, & domi habet, quos corrigat, in idq; incumbit?

Heu absit orbem tales videre dies; Heu cor læue, credēs promittenti factum infidæ gentis, fabula canis, cui carnem eripuit vmbra: Fallitur q;, qui populum non credit fore semper eundem, Neuiz. inter consilia Bruni, *consil. 12. nu. 48. Rota Auenionen. decis. 128. colum. fin.*

Hoc octauum fundamentum nuncupati Catholici Rheti dicere possunt, replicatione reparari, quia nulla, quæ tamē est necessaria monitio præcesserit *cap. Sacro, & cap. contingit 2. de sententijs excommunication. capitulo consuluit de officio delegati capitulo statuimus titulo eodem in 6.* vel saltem posse absolui, & absolutos recuperare perdita iura, Tuncq; à fidelitate solutos ad obedientiam redire *cap. vltimo 15. quæst. 6. glos. in cap. Iulian. eadem quæst. 6. Nauar. dict. cap. 27. num. 21.* Sed nil Vallis libertatem, cui satis sunt septem fundamenta priora, hæc replicatio lædit, responsionibus ad contraria præcipuè combinatis. Tantò minus, quia hac replicatione non obstante, etiam octauum hoc fundamentum stat inconcussum; Quòd enim de monitione obijcitur, non in excommunicatione procedit à Canone promulgata, in qua versamur, sed quæ

profertur ab homine *Francus in cap. 1. §. quisquis in primo not. de sententijs excommunication. in 6. Socin. in capit. Sacro num. 210. extra eodem titulo, & in cap. perpendimus num. 262. eodem, Didac. Couar in cap. alma mater in prima parte. §. 7. num. 4. de senten. excommunicat. in 6.* Nec in huiusmodi, quæ generaliter profertur in homines certo modo delinquentes; *Innocentius in cap. Romana num. 1. & 2.* vbi in specie de promulgata in hæreticos fautores tolerantes, & similes, *de sent. excom.* Quoniam hos monet Canon., & tempus, *Innocentius in dict. cap. Sacro in principio* per illum textum; Cui monitionis obiecto infra latius iterum replicamus, vers. Minus hæc alia.

Quod autem de absolutione subijcitur, admittimus cum purgatione, emendatione, pœnitentia, & satisfactione, quæ non nisi in die Iuditij erit. Ideft fœdere, communione, communicatione, commertio, & vnitate cum hæreticis sublata, omnibusq; Ecclesiæ, & Religionis iuribus instauratis, vel saltem cautione implementi; *Clem. 1. §. verum de Haret. Felin. cap. Pastoralis de offic. ordinarij, Nauar. Manuali cap 27. num. 47 & cons. 2. num. 3. par. 2. lib. 5. tit. de sent excomm. & cons. 17. num. 5. tit. eodem, & cons. 75. de regul. num. 38. & cons. 2. cond. appositis parte 2. lib. 4. & cons. 6. de senten. excomm. num. 3. Doctores in cap. qua fronte de appell.* De sententia autem declaratoria, & citatione infra aptiori loco dicetur.

Additur ad assertam Rhetam minorem partem excludendam ex *cons. Romani 417. colum. 2.* quod eam defensionem præstare non potest, quam tota Rhetia promisit, quod obiectum latè vrget *Neuiz. dicto cons. 12. inter consilia Bruni.*

Superest contraria tollamus, quæ releuauimus pro Rhetis, quorum solutio sydera serenat, Et primo non obstant, quæ exaduerso diximus de iure sui Datoris; Quia quid ipsis datum fuerit à Ducibus Mediolani, vt iactant, nos ignoramus, & apparere debet: *Bald. in l. decernimus num. 6. ad finem C. de Sacrosanctis Eclesijs, Menoch. cons. 31. num 34. vulgataq; lege*

ab

ab ea parte.ff.de probationibus: Immò nil datum credimus,tum quia, vt feudum, haud potuit fine Cæfare dari *cap.1.§ donare, qual.feud.olim.poteft alien.cap.1. de prohibita feudi alienatione per Federic.et cap. 1. de feudi alien. & vbiq; Bald. & omnes Menoch. conf. 31. num. 16.* Nec cum traditione pignorari, *cap.1.§. quamuis dict.inueft.de re aliena facta Bald. in l. 2. in princ C. communia de legatis & in dict.cap.1. de prohibita feudi alienatione per Federicum;Neutz.inter confilia Bruni conf.12.num.148.* Nec ex eo creditoribus fatisfieri,nifi ex fructibus, *Alexander in l.fi finita §.de vectigal.col.7 ff.de damno infecto,Iafon.in l.commodis colum fin.de re iudicata Aret. conf.14.colum.6.Cranet.conf.197. nu. 2.cap.1.vbi Bald.qual.olim feud.* Quinimò cum traditione,nec pro neceffitatibus feudo incumbentibus, vt pro feruitijs Domini *Bald.in dict.l.2.& in l.3. C.vt in poffeff.legat.*

Tum ex litteris, de quibus patet in actis confilij Vallis, fub die 23. Augufti 1515. quibus Reges Franciæ per Agentes fuos Vallem requirunt ad eorum obedientiam redire, nõ autem Rhetis fcribunt, quòd Vallistellinæ reftituant, quòd liquidò indicat, eos nullum habuiffe titulum, quicquid recens eiufdem nationis hiftoricus *Sprekerus* in fua cronica fabuletur; Non enim verifimile eft, Regem voluiffe repetere legitimè datum, Tùm ex *Guicchiard. libro 10.*, qui Vallem fcribit, tunc cum Papiam Ciuitatem deferuere Galli, a Rhetis fuiffe occupatam, quod verbum occupare folam vfurpationem fignificat, *cap generali de electione in 6 Caftrens.conf.57. num.2.lib.2.& apud morales cicero.de Amicicia: Graccus Regnum occupare conatus eft Valla lib.5.occupare,rem alienam inuadere, rapere, vel vi detinere.* Tùm quia, fi datam oftendunt vti pignus apparebit, fructibus in fortem compenfatis, millies extinctum,vel (vt etiam occuram allegatæ Donationi, *a Martino Vicecomite facta,vt aiunt,Epifcopo Curienfi,anno 1404.*) ab eo, qui nil tunc habebat, quod daret, quodq; integro fæculo caruit effectu,& ideò eft tãquã nõ facta donatio, *Bec.conf.6. Ran-*

dens. cons. 3. num. 128. lib. 2. Surd. cons. 436. num. 14. Et de iure tertij de quo ratio haberi non debet; *Crauet. cons. 269. num. 8. Mogon. decis. 114. 109. num. 4. & 117. Floren. Franciscus Milanen. decis. 8. nu. 128. Lanar. consil. 20. Thesau. decis. 4. Viuian decis. 295.*

Tùm quia, vt supra dictum fuit in primo fundamento, plus iuris ille titulus non tribuit, quàm agnouerit Vallistellinæ voluntas; Tùm finaliter, quia fuit tale ius fœdere nouatum, vt in secundo, tertio, & quarto fundamẽto, est latè exaratũ.

Non obstat, quod ex *Capitulationis anni 1513.* capitulo primo ad consensum subiectionis deducunt, in quo Vallis eis *parere, & obedire promisit, in rebus, in quam licitis, & honestis.* Quia respondetur cõfederatam esse personam, & quæ dicit & cui dicitur vt supra demonstrauimus in fundamento præcipuè secundo, consequens est, vt ex ipsa personarum qualitate verba illa, parere, & obedire, de his dumtaxat accipiantur, quæ pertinent ad vsum fœderis; & quæ sunt de iure fœderis tantum, iuxta not. *in cap. solita vbi glos. & Bald. de maior. & obedientia glos. cap. si quis Episcopus 11. quæst. 3. Cagn. in l. 133. de regul. iur. l. si quis filio §. irritum ff. de militari testamento.* Ibi *iure militari testabitur, Lucas de Pena in l. eos num. 2. C. de excusat. munerum lib. 11. Alex. Raud. cons. 32. num. 21. lib. 1.* Qua regula Doctores ad multa statuta vtuntur, vt de pertinentibus tantùm intelligantur, ad illud personæ munus, officium, artem, exercitium, & disponentis qualitatem, de qua agitur, vt multis exemplis probat *Francisc. Bec. cons. 5.* Si enim filius patri, Vxor Marito, Monacus Abbati, Clericus Episcopo, Miles Duci, scolaris Magistro, socius socio, seruus patrono, obedire promittat, obedientiam solam intelligimus, quæ eius cui promittitur, postulat nomen, & vt tali debetur, vt singulariter per *Bald. in l. Liberti num. 6. de oper. libert. Milis Repart. verbo obedientia.* sic Christus dictus est subditus Matri, & Ioseph *Corn. consil. 187. num. 13. lib. 4. Vbi alia exempla.* Quis ergo de fœderatis erit in fœdere sensus? in quo parere verbum satis

operatur, faciens, in pertinentibus, impar esse fœdus, de quo *Menoch. quæst. 1 0 0. num. 1 5. de arbitr. iudic.* Qualia sunt, Bellum indicere, Inducias concedere, pacem inire, Transitus dare, vel promittere, Legationes mittere, Auxilijs succurrere, contrahere fœdera, castra munire, vel erigere noua, Repræsalijs vti, Reos remittere, vel exules, Liberè mercari, Annonam extrahere, ponere præsidia, Et ad comitia vocari; & in terminis, quod ad pertinentia ipsis dumtaxat Vti federatis, & de natura fœderis, restringantur, consuluit *Angel. Perus. consil. 3 0 0. Socin. Iun. consil. 1 0 2. num. 3 4. & seqq. & num. 3 9. lib. 2.* Et alij de quibus infra vers. Confirmant Doctorum Dicta.

Sensum hunc hæc secunda iuris regula confirmat, quod verba interpretationem recipiunt a natura contractus, vt in sensu accipiantur, qui contractus naturam magis secundat, etiam per impropriationem, *Bartol. & Bald. in l. de diff. de condi. ob caus. Cacb. cons. 47. num. 32. Surd. consil. 34. num. 32. & cons. 1 5 0. num. 6 5.* Vbi, post plures, etiam quòd verba superfluè starent, *& consil. 38 1. num. 2 3. & 27. Becius consil. 1 0 1. num. 40. & consil. 1 0 5. num. 3 1. Alex. consil. 37. colum. 2. lib. 3. & consil. 3 5. columm. 4. versic. circa tertiam lib. 4. late Christ. Torni. consil. 3 6. num. 34. & seq.* Fœderis autem natura, & proprietas est, subiectionem excludere, iurisdictionem non tribuere, & retinere libertatem, vt copiosè supra probauimus in secundo fundamento.

Confirmat regula tertia, quod verba debeant à subiecta materia sensum, & declarationem recipere, & ad eam reduci *Boss. tit. de rem. merc. publ. num. 2. Gabr. Roman. consil. 6 1. num. 2. lib. 1. Crauet. consil. 2 0 2. num. 38.* Vbi etiam quod verba improprientur, *Surd. consil. 38 1. num. 23. Bec. dict. consil. 1 0 1. num. 40. & consil. 4 1. num. 23. Idem Crauet. consil. 1 0. num. 5.* At materia, de qua agebatur, & quæ partibus componenda occurrebat, amicitiæ vnionis, adhærentiæ, & pacis erat, atq; socie-

cietatis, vt etiam appellat, *Luc. de Pen. in Rub. C. si soc. imp. lib. 10. Bald. in cap. 1. §. inter. Societatem de pa. conft. & ibi textus Felin. in cap. postulasti sub num. 16. de for. compet. Bart. in tract. Qui sint rebel. gloss. rebellando num. 12. Magon. decis. flor. 60. num. 9. & 10.* Imò eam appellat societatem, etiam *tex. in l. post liminium. §. postliminio ff. de capt. & postlim. reuer.* Ergo verba, salua libertate, & libertatis æqualitate intelligi debent, quam libertatem, & æqualitatem ipsã Societatis importat subiecta materia, etiam quod, in ipso fœderis vsu, superioritatem vnus alteri tribuat, vel tribuere conuenerit *l. non dubito de. capt. & postlim. reuer. Angel. Perus. consil. 391. num. 4. Card. Zabarell. in Clemen. ne romani. §. sanè colum. 3. vers. & ex his extra de elect. Abb. consil. 77. in princip. versic. sed prædictis lib. 1. Corn. consil. 150. num. 9. lib. 3. Castrens. consil. 96. circa finem versic. verum lib. 2. Magon. dict. decis. 60. num. 8.* Dicuntur enim confœderati ęquè principales *Bec. consil. 14. num. 12.* quoniam in societate, & ligha id dicitur de mente contrahentium, quod vtriq; prodest, non vni tantum *Bald. consil. 343. in princ. lib. 1.* Ad materiam enim fęderis, seu societatis, & adhærentiæ reduci debet quidquid in eo contractu legitur, & ad eius materiæ terminos debet restringi ad tradita per *Crauet. dict. consil. 16. num. 5. Bec. consil. 41. num. 13. Surd. consil. 150. num. 66. & consil. 381. num. 23.*

Cõfirmat regula quarta; quod ex sequẽtibus præcedentia declarantur, vt ad declarationem Lighæ consuluit. *Angel. Perus. consil. 391. num. 5. Castrens. consil. 85. num. 7. & dict. consil. 313. num 13. Corn. d. consil. 187. per totum, & præcipue num. 5.* Et vulgaris est regula sumpta *ex l. si seruus plurium. §. 1. de leg. 1. l. qui filiabus, & l. talis scriptura. eo. Christ. Torn. consil. 20. num. 48. & consil. 51. num. 10.* In quibus capitulis sequentibus libertatem omnino conuentam reseruatam, & expressam supra demonstrauimus in 2. 3. & 4. fundamento.

Confirmat regula quinta, quod etiam in contradictoria

dispositi-

dispositione, & repugnantibus verbis, illa præponderant, & aliorum restrictionem accipiunt verba, quæ pro libertate faciunt, quibus alia cedere debent, & per ea in dubio iudicari *Neuiz.dict.consil.12.num,84. Corn.dict.consil.187.num.13.Socin.* Et ea debent potius attendi, quæ magis conueniunt fœderi. *Socin.Iun.consil.102.num.34.& seqq.lib.2.* Et eò magis, quæ pro libertate geminata, & replicata leguntur, & disponens sæpius inculcat. *Alba consil.64.num. 74. Corn. dict. consil.187.num.12.& seqq.* Fortius si etiam clariora, & minus obscura, & æquiuoca, ad tradita *per Christ, Torniell. consil 20. num. 50.* Verba autem memoratæ capitulationis, quæ pro libertate faciunt *in 2.3.4.& 5.capitulo,* vbiq; repetuntur, ergo simplicia illa, & ambigua verba primi capituli: *parere, & obedire in rebus,&c.,* sunt in sensu accipienda, qui iurisdictionem, & imperium excludit, & qui a subiectione fœdus, & fœderis iura distinguit, ex congestis prudentum responsis infra vers. confirmant Doctorum.

Confirmat regula sexta, quod cum eorum verborum *parere &c.,* multiplex sit sensus, maior, minor, & minimus, vt *Toto tit.extra. de maior. & obed.& cap.1.& ibi glos. 93.distinct. & ibi distinctione tota,& auth. vt omn obed. cap. veniens, & capit. quinta vallis de iureiur.cap.sanè & cap. Veniens, de renun. & apud Calep., & Nizol.,* Et in speciè, quòd intelligi possit de obedientia, quæ libertatem non maculat, *Corn. docet dict.consil. 187.num.13.* quemadmodum, & multiplex est submissio, *Bald.consil.121.num.1.lib.3.& Corn.vbi supra,* subdens sic, verbum subesse, non multum impropriari libertatis fauore, quod plurib. modis accipi potest; Cōsequens sit, quod debeant ea verba strictè capi in sensu, per quem promittens minus obligatur. *Bald. consil.226. lib. 3. & consil. 449.num. 9.lib.4. Corn. dict. consil.187.num.13.Angel. de Perus.consil. 391. Beccius consil.14.num.27. & consil. 41. Roman. consil. 459. colum.final.* Quod, & regulare est in omni promissione, & contractu *l. semper*

semper in stipulationibus, & l. si quid in fine de edil. edic. & l. semper, in obscuris, & ibi scribentes de reg. iur. Bec. consil. 101. num. 44. & consil. 105. Neuiz. consil. 66. num. 12. Dec. consil. 423. num. 8. Castrens. consil. 149. in fine lib. 1. Cremet. consil. 234. colum. penult. versic. 8. verba Achil. Pedrochi consil. 3. & consil. 13. & consil. 16. Multò magis in materia submissionis, quae est nimis praeiuditialis, sequi debet, quod minimum est in larga significatione vocabuli, vt *Bal. scribit dict. consil. 121. colum. 3.* iunctis alijs supra allegatis.

Confirmat regula septima, interpretationem eorum verborum contra ipsos faciendam, qui eis vtuntur, & in eis se fundant, & quibus facile erat legem apertius dicere, verbisq; vti importantibus subiectionem, & imperium; scientes, quòd plures alijs parent, vel obediunt, qui iurisdictionem non habent, sed quandam praeeminentiam, de qua etiã infra, in vltima confirmatione, exarabo, *vulg. l. veteribus ff. de pact. Abb. consil. 51. in princip. num. 4. lib. 2. Curt. Iun. cons. 124. num. 18. Alexan. consil. 114. num. 3. lib. 3. Gabr. Rom. consil. 61. num. 3. Bec. consil. 105. num. 34. & cons. 41. Surd. consil. 150. num. 70. & 71. Pedrgch. cons. 16.*

Confirmant Doctorum dicta, & responsa, qui verba illa, similia, & maiora, de sola foederis praeeminentia, & hortandi munere, & officio interpretantur, & nullam poenitus importare iurisdictionem, vel cognoscendi facultatem in figura iudicij, nec iudicandi, nec arbitrandi facultatem, sed solum quoddam hortandi officium, quod suae discretioni pareant, Primus enim occurrit *Bald. consil. 121. lib. 3. per Totum,* quo respondet eorum libertatem non esse maculatam, qui Regi rescribendo promiserunt ei esse obedientes, eiq; velle seruire, obedire, & complacere. *Castrens. in cons. 313. lib. 1.* dicit Castiglionensium libertatem non laesam, licet in capitulis commune Florentiae in Dominum assumpserint *Io. Bapt. Costa in cons. 49. in princip.* dicit, Albigenses esse libe-

ros

ros, licet promiserint Ianuensium parere mandatis, quamplurium contestę sententia. *Bartol. in l. 2. C. de excus. mun. lib. 10.* Dicit Ciuitates, Castra, & Villas, se submittentes regimini alterius, non amittere libertatem, quem sequitur etiam addito verbo, *& gubernationem*, *Socin. Iunior consil. 102. lib. 2. Socin. Sen. consil. 7. lib. 1. Curt. Iun. consil. 124. & Alij Corn. consil. 187. lib. 4.* consuluit te tam Mutiglianæ non se subiecisse Florentinis, licet in capitulis quibusdam dicatur, quod sit sub dominio, iurisdictione, obedientia, & deuotione Florentinorum, propter alia verba aliorum capitulorum, quæ pro libertate stabant, magis fauorabili, cui concordat *Castrens. dict. consil. 313. num. 13.* propter sequentia capitula libertatis. Ex quibus patet, nos longè versari in clariori, & minus dubitali, casu.

Confirmat vrgens hæc ratio, vbicunque enim aliquis populus, vel Ciuitas, quoad quædam expressa, se subijcit alteri, in reliquis non expressis liber manet; & alter in non expressis remanet, homo priuatus, illiusque non istius est in eis iurisdictio, & forum, *Abb. in capit. veniens columna 2.* Vbi de eo, qui promisit stare mandato *extra de iureiuran. Felin. in cap. postulasti num. 16 versic. sed caue. de fo. compet. Roland. consil. 1. num. 45. lib. 1. & num. 47. Ancharan. consil. 337. in fi. & consil. 444. num. 3. Brun. consil. 53. num. 2. Roman. cosil. 459. ad fi. Bald. in cap. 1. § in nomine de pace const. & & in consil. 439. num. 4. lib. 5. Paris. consil. 82. num. 195. & 204. lib. 2. Curt. Iun. consil. 124. num. 1. Castrens. consil. 85. num. 5. lib. 1. & consil. 226. lib. 3. Idem Bald. consil. 499. num. 6 lib. 4. Alba consil. 335. num. 7. Menoch. consil. 335. num 7 & seqq. & consil. 21. num. 12. versic. secundo confirmatur. Angel. Perus. consil. 391.* Et qualitas illa, seu causa, ad quam illius iurisdictio limitatur, & quæ est iurisdictionis fundamentum, debet negata ante omnia ab eo probari, & per superiorem, si adest, vel arbitros, prius cognosci, & terminari, & sic non per ipsos Rheros, sed

 alios

alios neutrales iudices. *Curtius Iunior consil. 124. num. 8. & 8. & 10. Bartolus. & ibi Adden. ff. de municip. Berous consil. 81. numer. 18. lib. 1. & sub num. 13. & 35. Bald. consil. 121. column. 4. numer. 4. lib. 3. & consil. 43. lib. 3. Surd. consil. 382. numer. 45. Alba consil. 62. numer. 5. Alex. consil. 79. numer. 8. lib. 1. Decius consil. 360. numer. 8.*, quod probat etiam *textus in capitulo si Clericus laicum. extra de for. competen.* Sicq; in propositæ capitulationis casu deberet boni alterius viri arbitrio contradicentibus nobis, prius liquere, an illud quod iubere volunt, sit licitum, & honestum, vt, & consuluit. *Parisius consil. 12. num. 200. lib. 2.*

Si ergo illius cognitio, & deffinitio ab alterius iudicio pendet, non autem ab eo, qui ea cognitione posset iurisdictionem extendere, & ad illicita, & inhonesta, seù iuri contraria, illam prorogare, Necessarium consequens est, Rhetorum, virtute dicti primi capituli, non fuisse liciti, & illiciti, honesti, & non honesti, æqui, & iniqui, iusti, & iniusti cognitionem, suumq; non fuisse lædere legem, nec lædere quemquam, iurisdictionis deffectu; *Abb. in capitulo veniens. column. 2. & ibi Host. in §. cumq; versiculo alij de iureiuran. Baldus in capitulo quintanullus. in fin. versiculo item non potest columnia 2. & in capitulo breui extra eo.* Vbi, quod, nec potest ordo alterari, Et eò minus aliquid præcipi, & iubere, quod esset contra confœderationem, & libertatem permissam, *Teste Abb. in dicto capitulo veniens columnia 3. versiculo, uel nisi, & uersiculo non est ergo.* Cum enim ad vnum spectet tantum licita, & honesta iubere, ad alterum autem, vti in alijs spectaret illicita, & inhonesta prohibere, vel contrarium affirmare, vt magis consentaneum Deo, & legibus, Dicendum est, parem fuisse vtriusq; potestatem, & vnum in cognitione non fuisse

maio-

maiorem, nec in alterum habuisse imperium, articulo per Tertium prius non discusso, teste etiam *Baldo in consilio 171. lib. 2.* vbi probat, quod, quando ius est in conuentionem deductum, nihil valet, quod extra fit sine consensu contrahentis. Si enim per ea verba: parere in rebus licitis, & honestis, esset iurisdictio tributa, potuissent etiam, quantum ad validitatem, & effectum decreti, mandati, vel sententiæ, illicita, inhonesta, iniusta, & iniqua facere violare leges, lædere personas, & alia facere, quæ sunt de natura iurisdictionis, & imperij, potestatisq; plenitudine *l. 1. ff. de appellat. l. 1. ff. quod. quisq; iur. capitulo cum inter, de re iud. l. res iudicata de reg. iur. Abb. in capitulo quintauallis. extra de iureiurando glos. in capitulo frater. 17. quæst. 4. Curt. Iun. consil. primo num. 26. lib. 1. Bald. consilio 121. num. 3. Afflict. decisione 150. num. 4. Costa de remed. subsid. Remed. 149. num. 9. Boss. tit. de princi. per totum Iason in l. Iulianus; La prima de condi. indeb. Baldus consil. 121. sub num. 3. lib. 3. Maran. de ordi. iudi. titulo de sent. num. 128. Cumia Ritu 76. Magnæ Cur. numer. 163.* Necesse est ergo dicere, Aut eos iniusta, & inhonesta potuisse facere, quæ iurisdictionis sunt, *iuribus allegatis, & tit. de iurisdictione om. iud.*, Aut non habuisse iurisdictionem; primum est falsum, obstante contractu, ergo secundum, est verum, & omnino intuentibus planum.

Hoc ad confirmationem, consequentium, stringit, quod triplex est omnis obedientia, Vna reuerentiæ, quæ præstatur maiori, Alia mandati; quam præstat filius patri, vxor marito, & similis, Alia iudicij, quæ debetur Magistratibus, & Principibus *glos. in capitulo 1. 93.* At verba illa: *parere, & obedire, & capit. primi capituli*, nisi intelligantur in obedientiæ reuerentialis

 specie

ſpecie prima, eſſent ſuperflua, otioſa, & ſterilia, om-
nidò operandi virtute carentia; quoniam in omni con-
tractu, & omni diſpoſitione conditio liciti, & honeſti
ſemper, quamuis tacita, cenſetur ineſſe, b *Pariſ. conſil.*
12. num. 200. lib. 2. Corneus conſil. 181. num. 6. lib. 3.
Baldus Gomeſ. tractat. de poteſt. in ſe ipſum capitula 13.
Baldus conſil. 369. num. 5. lib. 1. & in auth. habita num.
9. C. Ne fil. pro patre, & in capitulo breui num. 10. de
iure iuran. Felinus in capitulo dilectus numer. 9. de Simo.
Natta conſil. 403. Odd. conſil. 66. Cagnol. in l. 158. de
regul. iur. Vbi, quod etiam aliquid poteſt eſſe licitum,
non tamen honeſtum; Et in terminis de eo, qui per-
mittit alteri parere, vel ſe alicuius ſubmittit arbitrio,
quod intelligatur de licito, honeſto, idoneo, & poſſi-
bili, & quod neminem lædat, nemini præiudicet, &
ſit iuri, & bono viro conſentaneum. Et quod ſic obe-
dientia intelligatur, & nemini aliter parendum ſtat
textus in *capitulo ſi quis Epiſcopus capitulo non ſemper, &*
cap. qui reſiſtit xi. quæſt. 3. Ruinus conſil. 42. num. 17. lib.
4. Baldus in capitulo quintauall. in principio, & columnia
2. verſiculo item no. extra de iureiur. & in capitulo breui
numer. 3. & 10. extra eo, & in capitulo ſanè col. 1. &
capitulo veniens in fin. de renunc. & ſic in dicto capitulo
quintauall. §. quo circa, & in capitulo veniens in princi-
pio, & column. 2. verſiculo quando ergo, de iureiuran. &
ibi Abb. column. 2. & in capitulo veniens de renunciation.
column. 2. Baldus conſil. 121. num. 8. lib. 3. Vbi etiam,
quod ſic præceptum Regis. *Oldrad. conſil. 254. num. 25.*
Corn. conſil. 181. numer. 6. lib. 3. gloſ. & Abb. in ca.
ex parte de accuſ. Oſaſc. diſputat. impreſſa poſt decor. numero
23. Cum ergo improba ſit interpretatio, per quam
verba nihil operantur, cum debeant omnino in omni
contractu, & diſpoſitione, aliquid operari, & eum

ſenſum

sensum recipere, in quo aliquem causent effectum, vt per *Iason. in l. 1. numer. 9. versiculo facit, qui dicit ff. si quis in ius. Menochius consil. 2. numer. 79. Neuiz. consilio 29. numer. 9.* Eoq; magis, quando causatus effectus, & operans sensus, concordat naturæ contractus, vt latè consuluit *Christ. Torniol. consilio 26. numer. 35.* Necessariò dicendum est, dicta verba stare expressè ad obedientiam dumtaxat significandam in specie prima, & ad iudicij, & iurisdictionis exclusionem, atq; libertatis tutelam, quam importat natura fœderis vt supra dixi in fundamento secundo principali.

Quod etiam magis verisimile est, in omni quæstione, & interpretatione, semper attendimus, tamquam cognata naturæ *capitulo quia verisimile. de præsumpt. l. fin. quod me. cau. l. semper in obscuris, & l. semper in stipulationibus de reg. iur. Corneus consil. 306. in fin. lib. 3. Oldradus consilio 13. in fine Craueta consil. 245. column. 4. versiculo Rursus. Ruinus consil. 144. colum. 4. circa med. lib. 2. Decius consilio 94. column. 2. in fin. & cons. 100. column. 4. in fin. Idem Crauet. consil. 61. column. penult. in fin. & consil. 75. colum. 5.* Et verba, quamquam generalia, ad id quod verisimile est restringuntur *l. obligatione generali de pignor. l. si quis ita. §. fin. de test. Tutel. l. solutum. §. solutum. de pignor. act. Alexand. consilio 76. columnia 2. lib. 4. Decius consilio 664. columnia prima Craueta consilio 230. columnia 2. in fine cum sequen.* Cum autem subditorum intersit non mutare dominum, vt *Abb. & Baldus in capitulo delicti de maior. & obedien. Baldus in capitulo si quis. Quo temp. mil. & in capitulo generali si de feud. fue. contract. Abb. in capitulo auditis columnia 6. versiculo in secularibus de præse. Crauet. consil. 54. numero 3. Guid. Pap. decisio. 560. Menochius consilio 31. Rantirol. consilio 63. nume. 35.* Et eò magis plures non

habere

habere Dominos, vt per *Abb. in dicto capitulo delicti, & ibi Felinus, Baldus in §. ex eadem numer. 4 & in fin de lege conra;* Non est verisimile, quod Vallis voluerit innumeros alpinos homines, vni magno Principi subrogare, &c in Principem agnoscere vulgum, imò mare, quod fluit, &c refluit, naues ingluit, &c meliores absorbet, Et quod agnoscere non poterat cogi, vt supra probaui vers. Primum ergo; Sicq; facere quod deterius erat. *Felin. dicto capitulo dilecti in fine*, Et latè hoc argumento vrget. *Neuiz. inter consil. Brun. consil. 12. num. 58. 59. & 60. & numero 102. 107. vsq; ad numer. 119. & num. 195.* Tanto magis, quod &c consuetudo Mediolani est, fœudi partes in titulum conferre Comitis, vel Marchionis, obnoxium moderationi Senatus, ad tradita per *Felin.*, *& Alios in dicto capitulo dilecti*, *& per Baldus in dicto §. ex eadem, vbi tex. de lege Conra. & NeuiZan. inter consil. Brun. consil. 12. num. 112.* Quæ consuetudo, si tamen valebat, eo capitulationis tempore, erat eatenus attendenda, quatenus adhibita fuit, &c strictè accepta *Baldus in l. fin. num. 10. C. comm. vtr. iudi.* Sicuti dicimus, tantum præscriptum, quantum possessum, *vt Bal. ibi.*

Auget præmissa, quòd nullum vmquàm intercessit fidelitatis iuramentum, Imò à Rhetis petitum, anno 1585., fuit a Valle recusatum, nisi, iuxta capitulationem anni 1513., reciprocum esset, quo argumento ad libertatis probationem vtuntur *Menoch. consil. 31. num. 30. & Hier. Gratt. consil. 9. num. 123. lib. 1.*

Non obstat, quod de interpretatione in contrarijs diximus ab vsu, obseruantia, &c subsecutis, Quia respondetur, quantum ad effectum interpretationis, attendendas esse leges, vsus, & obseruantias, quæ erant tempore initi fœderis, Actusq; subsecutos, qui fœderi, seù

ſeù capitulationi, propius cohęrebant. *Bartol. tractat. qui ſint rebel. gloſ. rebellando num. 12. Felin in capit. poſtulaſti num. 10. verſiculo, & de iſto. de Io. campet. Bald. conſilio 238. in fin. lib. 4.* Vbi dicit, abſurdum eſſe dicere, iuriſdictionem, eum tradidiſſe, qui, poſt, ea vſus fuit, Et quod geſta attendantur ad interpretationem actus, quæ actui ſunt magis propinqua;

Probat tex. *in l. ſi ventri; Et ibi latè Ripa de priu. cred. & conſuluit Chriſt. Torn. conſil. 53. num. 11.*

Quicquid autem plus ſibi dari fecerunt, illud non valet, & præſumitur metu, & Tyrannide vſurpatum. *Bartol. dict. gl. rebellando ſub num. 12. Ancharan. conſilio 368. Bero. conſil. 81. numer. 20. lib. 1. Natta conſil. 493. numer. 9. Baldus in l. falſus num. 4. C. de Iuſt. Nenizanus inter conſil. Brun. conſil. 12. numer. 115. & 121.* Quoniam, nec Dominus poteſt augere, quod eſt de ſubiectione conuentum *Baldus conſil. 507. lib. 5. Felin. dict. capit. poſtulaſti numer. 10. verſiculo ſed caue Caſtrenſ. conſil. 85. numer. 5. lib. 1.* & propterea illud eſt, eo expulſo, pœnitus abolendum. *l. decernimus; & ibi Bartol. Caſtrenſ. & Bald. C. de Sacros Ecleſ. Idem Bald. in l. fin. C. de inceſ. nupt.*

Non obſtat, quod talis antiquitas vim conceſſionis habeat, ideoq; ſit præſumendus titulus, qualis poſſeſſio fuit; Quia reſpondetur, tálem præſumptionem procedere nullo apparente contractu, vel titulo, a quo poſſeſſio incęperit, ſecus autem eo apparente, & conſtito quale fuerit poſſeſſionis initium, ſi enim ex titulo, cuius virtute cępit, contrarium appareat, ceſſat præſumptio, quamquam ex immemorabili antiquitate deducta *Franc. deciſ. 166. numer. 5. & 7. Vbi, quod tunc omnis præſumptio ſilet; Latè Achil. Pedroch. conſil. 36. numer. 377. & ſeqq. Alexand. Raudenſ. conſil. 54. numer. 31. & ſeqq. lib. 1. gloſ. in capitulo primo in verbo niſi de reſcrip. in 6. Felin. in capitulo*

tulo de quarta column. penult. versic. considero duos de præscri. Afflict. decis. 368. numer. 10. Paris consil. 27. numer. 120. lib. 1. Mascar. de probat. conclus. 1377. num. 44. Crauet. de antiq. temp. par. 4. sect. Materia num. 18. & 14. Cuius est ratio; quod ex ipsius inspectione, & initio apparet bonam fidem abesse, quæ requiritur in omni, licet immemorabili, possessione, vt per *Canon. in capitulo possessor de regul. iur. in 6.* & per allegatos; locis eisdem; Latè, quòd apparente veritate pro inspectionem scripturæ, a qua possessio trahit originem, omnis præsumptio; & præscriptio cesset, consuluit *Raudens. consil. 2. numer. 24. libro primo & num. 15. 16. & 17. & consil. primo num. 473. lib. 2.* A quo enim remouetur præsumptio tituli propter malam fidem; vel apparentem veritatem contrariam; remouetur, & præscriptio; vt in specie latè probat *Couar. dict. capitulo possessor. §. 8. Rota Aurn. decis. 128. numer. 24.* Saltem donec non fuerint omnes extincti illi primi, qui tempore fœderis de Rhetia viuebant, vt ibi *Rota numer. 25. & Capic. decis. 41. numer. 17.* qui de centesimo anno arbitrantur vitam eorum *per l. 2. §. si dubitetur. ff. quem adm. Test. aper.* vbi omnes; Et in terminis quod dominium Tyranni non præscribatur, tradit *Baldus in l. decernimus nume. 7. & 10. C. de Sacros. Eccles. Roland. consil. 3. num. 24. lib. 1.* qui in specie de Dominis intrusis; Populi enim sub eis captiui dicuntur, vt per *Addend. ad Bald. in l. illud litt. a. C. de Sacros. Eccles.* Quibus ideo redemptis pristina iura restituuntur, tamquam postliminio reuersis, *argum. tit. de capt., & postlim. reuer.* Tale enim tempus, quo dicuntur impressionem passi, nil eis præiudicare probat etiam *Raudens. consil. 2. num. 19. lib. 1. & consil. primo num. 473. lib. 2.* Sicuti nec quicquid fuerit sub tali dominio obseruatum contra tenorem pactorum. *Idem Raudens. consil. 54. num. 30. lib. 1.*

Non

Non obſtat ſi forſan dicatur dictam capitulationem non eſſe accipiendam in vim contractus, vel pactorum, ſed in vim priuilegij tantum ab eis conceſſi, forſitan ſine mutua Vallis ſtipulatione, quod propterea fuerit reuocabile ad libitum eorum *capitulo veniens de praeſer. & capitulo cum ordinum extra de reſcrip. Caſtrenſ. conſil. 313. numer. 3.* Quia reſpondetur, imò pœnitus fuiſſe irreuocabilem contractum, cum ante haberet promiſſionem, & pactum præambulum, vt legitur in præfatione capitulationis, & actis conſilij noſtri, vt in terminis capitulationis eis promiſſę, qui ſe à priori domino abdicauerunt, conſuluit *Dec. conſil. 283. num. 3. verſic. ſed tamen*, Docetq; eſſe contractum *Felin. in capitulo nouit. ſub numer. 10. de iudic.* Eo magis, cum pecuniam dandam ſimul conuenerint *Neuizan. conſil 12. allegato nume. 51. Felin. vbi ſuprà.* In quo ideò non niſi, nec Princeps vtitur iure priuati, vt ibi *Dec. nume. 4. Abbas conſil. 51. in fine Corn. conſil. 187. num. 15. ad finem lib. 4. Baldus conſil. 371. lib. 3. Neuizan. dicto conſ. 12. num. 26. & 29.*

Non obſtant, quæ ſucceſſiuè diximus, in ratione dubitandi, diſtinguendo vniuerſitatem, quæ deliquiſſe non dicatur, a particularibus perſonis, & ſingulis, atq; noxios ab innoxijs, vt ſcilicet, nec vniuerſitati, tamquam perſonæ fictæ, & repræſentatæ, nec particularibus imputari debeat, qui culpa carent, quos iniquum ſit eſſe pęnæ, & damni participes, Ad quæ multipliciter reſpondetur; Et primo (quo ſcilicet ad eorum priuationem, & caducitatem, quæ vniuerſitatis ſunt, vti omnium, & vniuerſitati pertinent, & vniuerſis, & non vt ſingulis) contraria non procedere in ommiſſis, & in ommittendo conſiſtentibus, Vt non corrigere Tyrannos, Non ſuccurrere oppreſſis, permittere baratarias palàm fieri, ſententias publicè licitari, Iura Eccleſiæ, & Religionis ſecuri-

curitatem in dies minui, & decretis tolli, longis, & continuatis temporibus, argumento *capitulo fin. 23. quæst. 3.*, *& latè per Felin. in capitulo dilectus num. 4. 5. 6., & seqq. de Simon. Anchar. consil. 158. num. 11. & 12., & seqq. Carer. praxi crimin. capitulo 14. nume. 4. 8. & seqq.*

Respondetur secundo non procedere etiam in successiuis, & in faciendo consistentibus, habentibus tractum successiuum, & continuum, Vt sibi associare Hereticos, Vnum cum eis inire vniuersitatis corpus, Hæresi libertatem concedere, Catholicam persequi fidem, Violare fœdus, Confœderatos sibi subijcere, & duram in seruitutem redigere, Obsidere Ecclesiam, eiusq; sibi vendicare iurisdictionem, & libertatem. *Felin. dict. capit. dilectus num. 8. Ancharan. dict. consil. 158. num. 12. Carer. dict. capit. 14. num. 9. Natta consil. 493. Bald. in l. 1. circa fi. C. si qua præd. Dec. cons. 60. num 7.*

Respondetur tertio in oppositum deducta sibi non vendicare locum in eis factis, quæ sola facit, & facere potest vniuersitas, tamquam vniuersitas, licet per solos Ministros, Decuriones, & Consiliarios, vel eorum maiorem partem. *Carer. dict. cap. 14. num. 4. Felin. cap. dilectus num. 5. de Simon. & col. 2. vers. in glos. Anchar. cons. 158. num. 12.*

Respondetur quarto hoc præcipuè singulare esse in crimine hæresis, quam omnium nutrit manifesta societas, propter quam diximus totam vniuersitatem posse ad aratrum, predam, & saccum damnari, exuri, vel solo æquari, multò magis consortio, iurisdictione, superioritate, & imperio priuari. *Carer. in praxi. crim. §. circa tertium num. 4. 6. 7. & 21.*

Cum autem amittere iura vniuersitatis, & priuilegijs priuari omnibus competentibus, & vniuersis, & tamquam corpori spectantibus, non sit singulorum pæna,

quorum

quorum non sunt, quæ sunt vniuersitatis, sed illius corporis, & repræsentatæ personæ, quæ peccauit, & quæ deliquisse dicitur, & quæ sola habet ius illud. *Carrer. dict. capit. 14. num. 4. 8. & 21. Oldrad. consil. 65. num. 8.* Meritò non potest dicere aliquis singularis, quod pœnam sine culpa luat, non enim ille perdit, quod non habebat, *Cagnol. in l. 209. de reg. iur.* Et inde ad illud responsio descendit, quòd ius vniuersitatis conseruetur in vno, vt fallat, quando illud vniuersitas, tamquam vniuersitas de iure amisit, Talis enim priuatio taliter omnes euacuat, vt nullus amplius de ipsa esse dici possit, *Castrens. in l. sicut. §. in Decurionibus numer. 3. ff. quod cuius vniuersitatis, & numer. 7. Innocen. in capitulo 2. num. 2. de no. op. nunc. Bald. consil. 367. in fine lib. 3. Gheil. lib. 2. obseruationum capit. 61. num. 3. Oldrad. d. cons. 65. num. 8.*

Vltra quod quæ de Vniuersitatum factis, & criminibus, culpabilibus, & innoxijs dicta sunt ad propositum dumtaxat pertinent quinti, sexti, septimi, & octaui fundamenti. Primum autem, secundum, tertium, & quartum intacta relinquunt, quæ nobis sufficiunt, etiam si nil esset alias innouatum.

Non obstat quod de sententia dicitur, & iudicis officio implorando, saltem ad declarationem, Quia Respondetur nos versari in notorijs, quæ nulla possunt tergiuersatione celari, vel excusatione defendi, in quibus nulla exigitur sententia, sed canones, & leges latæ sententiæ sine Iudicis ministerio exequuntur, quæ de priuationibus, & pænis ipso iure, & ipso facto disponunt, *Feli. in capit. Rodulphus num. 37. & 38. in fi. & sub nume. 39. de rescrip. per capit. pastoralis de appell. & in capit. 1. column. 12. in fin. versic. non obstat etiam de constit. Innocen. in dict. capit. Rodulphus nu.*

 37.

37. 38. 39. Abbas in capit. cum non ab homine colum. 12. de iudic. Bald. in l. iubemus 2. §. 1. C. de Sacrosf. Ecclef. Roman. consil. 483, column. fin. & consil. 498. column. 2. Ancharan. consil. 277. colum. penult. & fin. Idem Bald. in capit. 1. §. fin. de pa. iur. firm. Dec. consil. 544. Gozad. consil. 1. num. 26. 27. & 28. Socin. consil. 4. colum. 7. versic. ex illo etiam lib. 3. & consil. 87. in 6. dub. eo. lib & consil. 22. colum. 3. in fi. lib. 1. Brun. consil. 19. colum. 2. in fin. cum sequen. & consil. 114. numer. 103. Calca. consil. 51. colum. 3. in fi. Crauet. consil. 5. column. 2. in fi. & consil. 319. column. 3. in fi. Idem Dec. consil. 191. column. 2. Bald. consil. 322. circa princip. & circa medi. lib. 4.

Respondetur secundo sententiam semper fieri posse, & debere ad confirmationem executionis factæ, quæ petita debuisset omnino dari, & satis esse, quod quandocunq; constare possit de veritate reatus, per quo est priuatio, vel pœna contra notorium criminis reum, ipso iure indicta a lege *Bald. in capit. 1. versic. sed sine de feud. sine cul. non amitt. Alexand. consil. 6. column. fin. lib. 3. Ruin. consil. 181. column. 3. in fin. cum sequen. lib. 1. & consil. 2. column. fin. & consil. 3. num. 4. & in fin. lib. 5. Bartol. tractat. qui sint rebell. glos. rebellando column. 2. in princ. vers. de pæna vero, & column. fin. versic. circa secundum Ancharan. consil. 277. column. 1. in fi. Boss. tit. de crim. Læsæ Maiest. num. 77. & tit. de defen. reo num. 60.* Et ad quam, nec vlla citatio requiritur *Innocen. in capit. Rodulphus num. 41. de rescrip. Oldrad. consil. 65. num. 5.* Ad quæ facit, quod de tenuta nulliter data tradit *glos. & Alexand. in l. si finita in princip. de damn. infec. Alexand. & Alij in l. 1. C. de carb. edict. Iason. & Dec. in l. 1. C. de edic. Diui Adria. toll. Ruin. consil. 91. in fin. lib. 5. Castrens. consil. 89. in causa captura in fi. latè Ias. in l. a diuo. §.*

in

in venditione colum. 4. de re iudic. Neuizan. consil. 68. num. 22.

Sententiam autem iam tulit Sanctissimæ memoriæ, & benementitæ de nobis Gregorius XV. suo breui, quod nobis præsentauit Excellentissimus frater eius Dux Fiani Imò Sacrum Pauli V. memorabile nomen, qui litteris, Oratoribus, & Nuntijs a Catholico Rege, & Archiduce Leopoldo nobis auxilia implorauit, Tulit & Imperator, qui per Principem Saucllum Oratorem Suum Pontificibus prædictis significauit Imperiale votum.

Si enim bellum iustum est, quod fit authoritate Ecclesiæ, *Felin. in capit. excommunicamus num. 2. de Hareticis*, Et eo magis pro l bertate *Neuizan. dict. consil. 12. inter consilia Bruni num. 189.* quod isto iustius erit, quod viuentium, & mortuorum Pontificum decretis fuit probatum, Cęsarum legibus, & legatione expressa?

Respondetur tertio non precedere, vt in casu nostro eius partis, seu Potentatus, fauore, qui nullum recognoscebat superiorem, quiq; nullius agnoscebat iudicium, nec poterat sub iudice conueniri, & eò magis, quod nec licebat, sine periculo, & pœna, a Pontifice dispensationes quærere, & beneficiorum collationes, venia ab eis prius pretio non empta. *Castrens. consil. 399. & consil. 423. num. 4. lib. 1. Bart. in tractat. de repræsal. quæst. 2. num. 12.* vbi nostri casus exempla per textum, *vbi glos. in l. si alius. §. bellissimè; quod vi, aut clam Bald. in l. hostes num. 9. ff. de capt.* Vbi, quod cui non est copia iudicis, potest indicere bellum. *Fran. Marc. decis. 39. par. prima Neuizan. consil. 82. num. 33. per text. in l. nullus capit. de iudeis; & ibi glos. & Bartol. Farin. de hæresi quæst. 189. §. 3. num. 27.*

Minus hæc alia eis replicatio prodest, vt tacito obiecto iterum occurram, Quod saltem erant monendi pri-

ius,

us, vt ab his abstinerent, de quibus in 5. 6. 7. & 8. fundamento, & vt malefacta corrigerent, iuxta *capitulo in audientia*, & *capitulo contingit de senten. excom. capit. 1. de vita, & honest. cler. in 6. & in clem. 1. eo tit. & capit. 1. de cler. coniug. in 6. capit. nouit. de iudi. capit.* & ubiq; canonistæ, *Feli. capit. cum causa 9. uersic. tunc arguitur de eff. de leg. Gram. uot 33. num. 13.* Quia respondetur primo nimis monitos fuisse per continuas Vallis reclamationes, & instantias, atq; ad eorum decreta, contradictiones, quæ satis erant notoriæ delinquentibus, vt per *Socin. reg. incip. monitio num. 1. Farin. de Hæresi quæst. 189. §. 3. num. 27.* Fortius loquentem.

Respondetur secundo nullam monitionem requiri ad effectum exequendæ constitutionis generalis affirmatiuæ. qua pena, seu excommunicatio sit ipso iure, & ipso facto indicta. Talis enim constitutio vim etiam monitionis habet, *Inn. in capit. extirpandæ ad fi. de præben. Federic. de Se. consil. 109. in fin. Boer. decis. 69. numer. 140. Felin. in capit. excommunicamus sub numer. 7. de hæret.* Sicut omnis etiam prohibitio pro monitione habetur *Innocen. in capit. Sacro in princip. de senten. excom. Petrus Cine. in collect. ad decretales, collect. 36. in fine Lap. alleg. 818. num. 3. Roman. consil. 228. num. 9. & ibi appost.* Et idcirco rectè excommunicari generaliter sine aliqua monitione certo modo delinquentes, vt hæreticos fautores, tollerantes, receptatores, & adiuuantes, Velut latrones, piratas, & similes probat *Innoc. in capit. Romana num. 1. & 2. extra de sentent. excommunicat.* Quos ideò Papa viua voce excommunicat ipse *Felin. capit. excommunicamus sub numer. 3. de Heretic.*

Respondetur tertio minus requiri cum eis, quos monitio, seu denuntiatio, deteriores fecisset. *Felin. in capit.*

pit. noui nume. 13. *extra de iudic. Angel. in l. si quis.* §. *hi autem ff. de iniuf. testam. Io. Marta tract. de Rege lib. 3. cap. 17.*

Vhæ enim illi, quem solum habuissent suspectum, Notum enim est, quantum in defensores Religionis, & Patriæ sæuirent, quosq; vt tollerent, Tosanæ dritturam fundauerunt, Caluinianosq; ministros fecerunt assessores, Quorum consiliò, vel moriebantur, vel proscriptis bonis exules fiebant. Qui enim pro fide, pro lege, vel pro veritate pugnabat, periculum sibi festinabat, & succendebat ignem, Experto crede Ruberto, quem de suis manibus ereptum, iniquè damnauerunt, quia pro sacro Iesuitarum ordine postulauit, & visitauit limina Petri, illud suspicantes proditionis crimen, licet etiam inquisitione, iam octo iudicijs, & conformibus, discussa. Meo crede fratri, quem pro Religioso actu præsentauerunt capitali supplicio; Blasio crede Platto, quem decollauerunt pro fide loquentem.

Si enim ex causa monitio rectè ommittitur, vt inquit *Innocentius in dicto capitulo extirpandæ in fine*, Quæ maior?

Ex his enim iam per se corruit, quod in contrarijs subijcitur de restitutione in possessorio iudicio, seu ipsis in possessione reintegrandis, proprietatis iuditio pendente. Cessat enim, quia talis reintegratio Nec Hæreticis datur, *Roman. com. conclus. tit. de restitut. spol. capit. primo num. 206.* Nec excommunicatis *Roman. eo. capit. 1. num. 69.* Nec Tyrannis expulsis *Idem Roman. post Martinum Laud., & Rip., ibi numer. 214. dict. communi conclusione prima.*

Neceis, qui facto suo, vel sua culpa à possessione ceciderunt *Inn. & omnes in c. sæpè de rest. spol. Alex. cons. 6. num. 10. lib. 2. Dec. cons. 302. num. 24. & cons. 449. num. 31. Alexand. Raud. cons. 60. num. 7. lib. 2. Soc. in*

l. rem

l. rem. quæ nobis num. 8. de acq. poss. & cons. 67. num. 2. Menoch. cons. 2. num. 168. Nec personis, quæ possunt impunè offendi. *Rom. in c. 2. num. 52.* Nec eis, qui possessione ex aliqua causa ipso iure priuantur. *Brun. cons. 19. num. 4. & num. 26.* Nec personæ, quæ possessionis non est capax. *Raud. cons. 18. num 196. & 308. vsque ad num. 314. lib. 1.* Nec ei contra quem licuit sua authoritate sibi ius dicere *Purpur. cons. 347. num. 14. Raud. dicto cons. 18. num 187. & 184. Dec. cons. 191. num. 9. versic. septimo.* Nec ei, qui non poterat sub Iudice conueniri, vti qui nullum superiorem recognoscebat, seu contra, quem, spes non erat obtinendi inuia iudicij *Purpur. cons. 347. num. 14. Sign. cons. 75. num. 14. Brun. cons. 19. num. 2. in fin. & num. 3. Rom. d. cap. primo num. 176.* Nec vbi notoriè constat de non iure petentis, & eò magis cum simul notoriè, vel in continenti constat de iure rei conuenti in iudicio reintegrandæ. *Alex. in l. naturaliter. §. nihil num. 27. de acq. poss. Brun. cons. 19. num. 10. & 17. Dec. cons. 181. num. 9. Fran. Monal. cons. 78. num. 15. & cons. 151. num. 32. & 33. lib. 2. & cons. 159. num. 38. versic. secundo limitatur Rota Lucen. diuersorum Decis. 89. col. 9. versic. prout Rom. d. cap. 1. num. 88. 91. & 93. 110. & 116. Soci. in cons. 87. num. 24. vol. 3. Paris. cons. 1. num. 177. vol. 1. Ossc. dec. 26. num. 6.* Nec quando constat ex inspectione tituli possessionem semper fuisse improbam, & mala fide captam, & retentam. *Oldr. cons. 226. ad fi. Fran. Monal. d. cons. 151. num. 32. & cons. 159. num. 43. Rota Luc. decis. 89. col. 9.*

1 Nec denique in castris, vel statibus, quorum esset difficilis recuperatió, seu non nisi arduo negotio, & sumptibus magnis executio Sententiæ in petitorio fieri posset, qualis est Vallistellina, comparanda castris, ex qualitate situs, ex altitudine montium, ex passuum angustia, & cohæren-

itibus inimicis, & facili clausura. *Constit. Aegid. lib. 2. cap. 43. Purp. d. cons. 347. num. 15. Castr. in l. 2. C. de edic. diu. Adr. Toll. Alex. in d. §. nihil col. 10. vers. quinto fallit. Raud. cons. 18. num. 197. Franc. Marc. decis. 406. Menoch. cons. prima nu. 160. Rip. in dicto §. nihil commune nu. 75. Butri. in c. ex parte de restit. spoliat. Ias. in cons. 60. num. 4. & 5. vol. 1. Rub. cons. 13. num. 17. cum pluribus alijs relatis à Neuiza. cons. 12. num. 54. inter cons. Bru. Osiß dicta dec. 26. num. 6.* & cum hac transit, *Cephal. cons. 301. num. 9. 48. & seqq. praecipuè num. 53. Rom. d. cap. 1. num. 149. & 157.* Qui omnes sunt casus nostri, singulisq; obiectis Rheti propelluntur, in quibus nos versari hactenus exarata ostendunt.

Quid ergo pro libertate, vel captiuitate nostra ius velit, Iustitia postulet, & Lex disponat, hactenus plenè discussimus, Consequenterq; nouimus, si de intrinseco bono maiori, vel minori agamus, ibi esse bonum, & esse Deum, vbi lex, vbi Iustitia, vbi veritas, vbi Christus prius nomen, purior fides, & populi securior salus; Nouimus inquam omne etiam extrinsecum libertati inesse, Haec enim totius Italiae haeresim, vel sepelit, vel euacuat, Apostatarum asylum euellit, Episcopatus reparat, fere collapsos, Ecclesias instaurat, Clerum redimit, Haeresim in Aquilone sequestrat, Ibiq; Luciferi iam minuit sedem. Boemia teste Morauia, Slesia, Alsatia, & Austria vtraq;, quas ad Imperij Romani vnitatem reuocauerunt, Catholicae Maiestatis celeriora auxilia; Haec nostra, nempè libertas, Christiana discrimina librat, vel saltem Cathedrae Petri officio commendat; Sicq; omnibus Ecclesiae alumnis, securitatem promittit, & pacem; Haec Rhetos Christi trahet ad fidem, quos Catholici commertij, & annonae necessitas, cogit; Haec neminem laedit, praecipuè quod depositum omnium iu-

ra conseruat, omnesq; purgat, quos vexabat suspitio. Quinimò, & magis placet, & Rhetæ plebi, quæ nobiscum liberè mercari potius, quam eius primatos iusdicere, cupit, Pauci enim omnia sorbent, & nudum populo Cameræ nomen relinquunt; Quid autem boni nostra captiuitas habet, vel restitutio. Iam enim depositum arma sedauit; quæ restitutio iterum concitaret, nec enim cuiq; tam atrox iniuria, tam vis iniqua, facilis erit, Vincit enim Deus in paucis, sicut in multis, Nec arbitrij alieni est Iustitia Dei, quæ nec pro publica vtilitate, vel bono, nisi satisfaciat, aliquem lædit, *Neuiz. inter consilia Bruni consil. 12. num. 169.* Libertas autem, & salus nulla satisfactione æquatnr, ad tradita per *Corn. 187. num. 10. lib. 4.* & singulariter per *Neuiz. d. consil. 12. num. 170. & seqq.* Nulliúsq; erit populi desperati laudabile scandalum, *Teste Neuiz. eodem cons. 12. num. 192. & seqq.*

Nec autem audiri debent, quod conuersionem, restitutionis prætio, Hæretici, vel Socij, promittant, talem enim ipsi, post, dicerent sermonem in monte fuisse: Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me; Hoc enim eos non Catholicos faceret, sed Simones, & fictos, & tamdiù duraturos, quantum pendentia litis, & vsq; ad suæ securitatis initium, seù quoad sua victoria metum excussit, vt *Neuizanus* animaduertit *eodem cons. 12. num. 102. & 117.* Hoc nos docent exempla, quæ Rebadenera scripsit, qui Imperium, vel coronam consequuti, facti sunt Christianorum carnifices; Suum enim omnia tempus habent, suóq; in tempore fiunt, stultusq; qui credit verum esse, & semper manere, fidem coactam; Leuisq; tunc credulitas esset, quam longa Barbaræ Gentis probatio

præ-

præcessit; Quid enim Christianissimo, Quid Catholico, Quid Venetis, Quid Archiducibus, Quid nobis vnquam valuit fides eorum? Infirmum enim est credere promittenti factum vnius, quis autem vnquam pro tanta mole tutè promisit? Quonam medio ille tam ingentem turbam continebit in fide promissa? Quaui actione quis poterit indemnitatis promissorem excutere?

Sciant cuncti, quod innocentes tradit exitio, qui restituit multorum exitia cogitantem *capitulo est iniusta 23. quæst. 4.* Fortius autem, qui restituit multos cogitantes exitia multorum, Et quod prudens est, qui malos præuidet, & euitat euentus; *Neuizan. allegato consil. 12. num. 114.* Vltra; quod nec exponenda est spiritualis Salus vnius pro salute multorum *Falin. in capit. nouit num. 13. de iudic.* Nec mala facienda, vt eueniant bona *Paul. ad Roman. 3.* Et in materia nostra *Osasc. in disput. post decisiones impressa, num. 24.*

Cum ergo, vt iam est copiosè exaratum, lex, & iustitia, veritas, & fides, omne bonum, certaq; salus, nostræ libertati inhæreat, & captiuitati omne malum, laudanda sunt cuiusq; Potentatus auxilia, quibus nostrum seculum obtinuit tam celebre factum, & quibus stabilè fiet; fecit enim, & faciet, quod Deus, & Ecclesia consulit, & iubet *capit. non inuenitur capitulo sicut, capit. qui peccat. capit. quia nos capit. ea, & capit. quisquis, & capit. si non ex fidei 23. quest. 4. Grammat. decisio. 65. num. 70.* Quodq; a Regibus Populi legis authoritate implorant *capit. nostri 22. quæst. 3. & capit. prodest 23. quæst. 5. Bal. consil. 343. numer. 1. lib. 1.* Ad Regum enim pertinet officium, de manu calumniantium, vi oppressos, vt Deo seruiant eripere *capit. Regum 23. quæst. 5. Neuizan. eo consil. 12. num. 10. & 98.*; Quos etiam non vocatos, quemadmodum, & populos, excitat ipse

 Deus,

Deus, *capit. quando 23. quaſt. 4. & capit. ipſe Deus 23. quaſt. 5.* Et quorum laudem non minuit, quòd bellum etiam ſuæ coronæ proficiat, dummodo ampliandæ Chriſtianæ Reipublicæ ſit principale propoſitum *capit. ſi non ex fidei 23. quaſt. 4. capit. apud veros 23. quaſt. 2. & capit. prodeſt quaſt. 6. & capit. excommunicatorum eu. quaſt. 5.* Qui autem corda hominum ſcrutatur, quod ſibi Deus reſeruauit, talis ſibi temerè vſurpat, *primo paralipomenon. 28. Salmo 7. Iere. 17. Apocha. 2. ſap. 146. Gheil. lib. 2. obſeruationum capit. 93. num. 15.* Plura laudem hanc oſtendunt Sacræ Scripturæ documenta, quibus Regum, & Ducum memoria celebratur, quorum virtute, & victoria Dei cultus, eorumq; ſtatus, ſimul creſcebat, Hocq; Hiſpanis Regibus admirandæ gloriæ, fœdus intueor, quod cauſa Dei, & ſua, vbiq; cumbinatur, vbiq; ſimul fluit, & refluit, & nullibi vincunt, vel perdunt, quòd Deus, & Eccleſia ſimul non vincat, vel perdat; Vt cui credas, vel credere ſcias, hic ſiſte Beatiſſime pater; Hoc omnia totius Germaniæ, Galliæ, Hiſpaniæ, Britanniæ, Belgicæ, Americæ, & Inſularum, quas alluit Oceanus, bella, vel facta teſtantur, quibus potentia Regis vbiq; magis profuit Deo, & Eccleſiæ, quàm ſibi, nullibiq; vincitur vnus, quin perdat vterq;

Hoc ſic tandem vobis concluditur opus, Quod Principum intereſt, quis arces, quis paſſus, non quis nobis iura miniſtret, quodq; nunc illud ceſſat, quod arcium vniuerſalis Paſtor eſt cuſtos, De paſſibus eum facimus arbitrum, & nemini litem, Tranſeant Galli, Tranſeant Hiſpani, Tranſeant Veneti, Tranſeant Alij, ſolis montes vertant terga Rhetis, quos impoſſibile eſt, non niſi venire, inhærenti odio, Hæreſi Comite, & Tyrannide ſocia, quorum eſt radix mixti vulgi licentia, quod nemini paret, fidem nemini ſeruat, quidq;

promiserit, semper ignorat, Quidq; Rheti sint, Lector, Lege Boterum, *In relatione D. in legat. pag. 62. 100. & in fi.* Lege Pasqualem Christianissimi Regis oratorem; Inter vos conuenite Principes, quod vobis placuerit, nostrum erit irreuocabile verbum, Rhetia exclusa; Etenim mori, & secum viuere, à nobis æquatur, *& à Neuizan inter consil. Brun. consil. 12. num. 171.* Taleq; malum, Principes, exiget Deus à vobis, quibus idem est, portis nostris nullas esse feras, vel esse Patris, quem longitudine dierum repleat suus, & omnium vnus, cui Laus, honor, & Gloria Amen.







